


D 12187

1652

Du Hamel, Jean-Baptiste


Philosophia moralis christiana...



**Symbole applicable
pour tout, ou partie
des documents microfilmés**

Original illisible

NF Z 43-120-10



**Symbol applicable
pour tout, ou partie
des documents microfilmés**

Texte détérioré — reliure défectueuse

NF Z 43-120-11

D. 1450.

Hujus libri auctores
Ivan. Bapt. Dubamel
tunc Congreg. orat.
Bresl. et Thed. Prof.
in ornato undegam.
quem librum aurore
absens et inscio, hyspi
vulgarum qui scripta
ex ore dictantis in —
Scholis exceperant.

12182

12281

27

PHILOSOPHIA
MORALIS
CHRISTIANA.

VOLVMEN. I.

Continens tres Dissertationes.

I. De rectitudine, & pravitate
altuum humanorum.

II. De libero arbitrio.


III. De concursu diuino, iuxta
principia SS. Augustini & Thome.

Auctore
Oratoris

Monsenioris pbro C

ANDEGAVI,
Apud PETRVM AVRIL, Regis & Uni-
uersitatis Typographum, 1652.

ECCLM APPROBATIO.



B. D. G. PHILOSOPHIA


STUDIOSVS AD SVOS


Condiscipulos.

DIV est quod nonnullorum
petitionibus inquietamur
(Amantissimi Condis-
cipuli) quasi que de
Morali Philosophia accepimus , sus-
picionis essent & erroris plenissima ;
quod vero ex ea deduceretur , sincerum
nihil haberet ac Christianum . Quorum
quidem hominum machinationibus
nostrarum Thesum publicatio plene
licet posset satisfacere , tamen , ut ignis
ex lapidum collisione nascitur , fecit ea
clam & publicè animorum iactatio , ut
permultos vehemens cupiditas inua-

deret plenius inspiciendi, unde tam di-
uersa & inter se contraria studia exan-
derent. Quod cum nonnisi scriptorum
nostrorum aspectu & lectione posset
fieri, facile in hanc opinionem ueni, ut
ea publicarem, ratus hoc in commune
commodum fore, quod iam ad mul-
torum utilitatem destinatum erat.
Hinc varia à quibusdam vestrum
exemplaria mutuatus, ea quam di-
ligenter simul contuli, vt quod è pælo
exiret, nitidius haberetur ac perfe-
ctius. Vnum fateor deest ad illius com-
plementum, præceptoris scilicet indu-
stria, atque manus, sed quia illud ab
eo incassum quis expectaret, eius ab-
sentia certè non talem passa est con-
sultationem, deinde, quâ scitis illum
modestiâ, nusquam hoc pateretur
exire in publicum, quod in schola ex
ore eius natum, sine labore & studio,
quod in scriptorum publicatione ne-
cessarium, scimus omnes. Hoc ergo

qualecumque est, vobis, ad quos iam
pertinet, offerre decreui, amoris met
in vos, & officij apud omnes singulare
monumentum, cui se velitis vicem re-
pendere, quem erga me affectum ha-
bitenus habuistis, in perpetuum seruate.
Valete dulcissimi Condiscipuli.





INDEX CAPITVM huius libri.

DISSERTATIO I.

- D**E bonitate & malitia actuum humano-
ram. pag. 3.
De lege aeterna & naturali. Caput 1. pag 4.
De differentia veteris legis & nouae. Caput 2.
pag. 8.
An concupiscentia sit mala. Caput 3. pag. 25.
Virum consentire concupiscentiae sit peccatum.
Caput 4. pag. 36.
Virum liceat amore creaturam propter scriptam.
Caput 5. pag. 46.
Virum qui puto timore paenae agit, sit immanis
ad peccato. *Caput 6.* pag. 55.
Quod actio non est bona nisi fiat amore iustitiae.
Caput 7. pag. 64.
Omnia fieri ex charitate vel cupiditate. &
nullum esse actum indiferentem. *Cap. 8. p. 73.*
De actibus & virisibus infidelium, & virum
teneamus actiones nostras ad Deum referre.
Caput 9. pag. 91.

<i>Diluuntur obiectiones.</i>	<i>pag. 102.</i>
<i>Vnde actiones suam bonitatem repetant: iuxta</i>	
<i>Diuum Thomam. Caput 10.</i>	<i>pag. 117.</i>
<i>Appendix de statu naturae pura.</i>	<i>pag. 121.</i>
DISSERTATIO II.	
<i>De libero arbitrio.</i>	<i>pag. 128.</i>
<i>Quid sit liberum. Caput 1.</i>	<i>pag. 130.</i>
<i>Quae sit radix libertatis. Caput 2.</i>	<i>pag. 136.</i>
<i>Quod voluntas semper sequatur ultimum ra-</i>	
<i>ciones iudicium. Caput 3.</i>	<i>pag. 139.</i>
<i>Virum necessitas opponatur libertati. Caput 4.</i>	
	<i>pag. 146.</i>
<i>Quod libertas non consistit in indifferentia ad</i>	
<i>bonum & malum. Caput 5.</i>	<i>pag. 163.</i>
<i>Quod libertas non consistit in indifferentia con-</i>	
<i>tradictionis. Caput 6.</i>	<i>pag. 169.</i>
<i>De divisione libertatis. Caput 7.</i>	<i>pag. 184.</i>
<i>Quod liberum arbitrium sine Dei gratia non nisi</i>	
<i>ad peccandum valer. Caput 8.</i>	<i>pag. 189.</i>
<i>Quomodo vulneratum arbitrium liberetur. Ca-</i>	
<i>put 9.</i>	<i>pag. 198.</i>
DISSERTATIO III.	
<i>De concusso divino.</i>	<i>pag. 213.</i>
<i>Quod Deus omnes creaturas determinat ad</i>	
<i>agendum. Caput 1.</i>	<i>pag. 226.</i>
<i>Explicatur illa præmotio. Caput 2.</i>	<i>pag. 229.</i>
<i>Sententia Augustini astringitur de præmotione</i>	

- speciali ad actus supernaturales.* Caput 3.
pag. 235.
- Diluuntur obiectiones.* pag. 251.
- Quod grana medicinalis determinat volumen.* Caput 4. pag. 263.
- Diluuntur obiectiones.* pag. 278.
- Sententia Massiliensem explicatur.* Caput 5.
pag. 290.
- Massiliensem & Molinistarnm querelae sic satis.* Caput 6. pag. 308.
- APPENDIX AD MORALEM**
Christianam.
- Explicatur Apostoli locus. Deus vult omnes homines salvos fieri.* Caput 1. pag. 324.
- Explicatur locus Apostoli unus pro omnibus mortuis est.* Caput 2. pag. 350.
- Diluuntur obiectiones.* pag. 360.
- Vtrum gratia sufficiens detur omnibus.* Caput 3.
pag. 368.
- Obiectiones solvuntur.* Caput 4. pag. 396.



PHILOSOPHIA MORALIS CHRISTIANA.

PHILOSOPHIA Moralis tota est in moribus instituendis ; mores dicuntur actus humani, qui à voluntate & ratione , hoc est , à libero proficiscuntur arbitrio : actus humani tūm boni sunt , cum rectæ rationi sunt conformes ; recta porrò est ratio , cum æternæ legi, vel diuinæ rationi (cuius radius est humana ratio) conuenit, sed æternam legem non nisi purgatis animis inueni fas est : quos igitur duces in pertractandâ Philosophiâ Morali seque-

A

2 PHILOSOPHIA MORALIS
mut? an ad infideles tanquam trans-
fugæ nos recipiemus? an spretis
vberrimis Christianæ Religionis
fontibus, è cœnosi Philosophorum
lacunis veram sapientiam haurie-
mus? ergonè vbi de moribus agitur,
illos, vt Doctores audiemus, quo-
rum vita tota peccatum fuit, quo-
rum virtutes umbratiles, tantum à
veris disstabane, quantum à veritate
mendacium, & à medicamento venenum?
cedant Aristotelis minutiae, SS. Au-
gustini, & Thomæ, sublimi doctri-
næ, cedat prophana Philosophia
Christianæ. Philosophiam ergo
Christianam, non prophanam tra-
ctare aggredimur, quam in sex
dissertationes partiemur: prima
erit de bonitate vel malitiâ actuum
humanorum: secunda de libero ar-
bitrio: tercua de concursu diuino:
quarta de vtroque appetitu sensitivo
& rationali, vbi fusè de passionibus:
quinta de virtutibus & vitijs: sexta
denique de summo bono.



D I S S E R T A T I O
*prima de bonitate & malitiâ
 actuum humanorum.*

Nulli esse dubium arbitror, Aug. 1. 2.
 cum de bonis, & malis qua-
 ritur, hoc genus quasitionis,
 ad Moralem pertinere dis-
 ciplinam, in quâ isto sermone
 versamur. Nemo igitur putet, nos
 extrâ propriam orbitam excurrere,
 si paulo fusi oris tylo de rectitudine,
 & prauitate actuum humanorum
 disputemus: & quia lex est regula
 humanorum actuum de lege, &
 potissimum de differentia veterem
 legem inter & nouam tractare no-
 bis incumbit.

de mor.
 Eccl.

CAPVT I.

De lege eterna & naturali.

LEx dieitur à ligando, quia ligat, & obligat, siue cum inducit ad bonum, siue cum retrahit à malo: definitur ordinatio rationis, ad bonum commune, ab eo qui curam habet communitatis promulgata. Legem partiri licet in eternam, naturalem, & positivam: lex positiva diuina est; vel humana: de lege humana disputare non est præsentis instituti.

Lex eterna nihil est aliud quam diuina prouidentia, vel summa ratio in mente diuinâ existens rerum omnium gubernandarum: de qua sic Aug. *Vt igitur breuiter eterna legis notionem, que impressa nobis est, quantum valeo verbis explicem, ea est qua iustum est ut omnia sunt ordinatisima.*

L. 1. de libelo arbitrio.

CHRISTIANA. §

Lex æterna ab æterno promulgata est, & verbo diuino prolata, in libro vitæ exarata, quamvis creaturae non fuerint ab æterno, nisi forte æternitati divinæ præsentes; ab æternâ lege omnes aliae deriuantur: hinc Aug. *Hæc autem disciplina ipsa Dei lex est, qua apud eum fixa, & inconuissa* L. 2. de *semper manens in sapientes animas quasi transcribitur, ut tanto se sciant vivere melius, tantoque sublimius, quanto & perfectius eam contemplari intelligendo, & vivendo custodiunt diligentius.*

Quod autem ab æternâ lege omnes aliae deriuentur sic demonstrat diuus Thomas: in omnibus ordinatis, quorum alia mouent, alia mouentur, nullum mouet nisi virtute primi mouentis, quod etiam in serie regiminum, & gubernationum manifestum est: nam ratio, sive ordo gubernationis, à rege tanquam à capite ad magistratus tanquam ad inferiora membra deriuatur: non enim agunt nisi ordine principis: sic etiam in artificialibus, ratio ab

A 3

6 PHILOSOPHIA MORALIS
architecto ad inferiores descendit
artifices : cum igitur lex nihil sit
quam ratio gubernationis, nulla lex
iusta non oritur ab æterna lege, quæ
est in supremo gubernante cui sub-
iiciuntur omnes creaturæ : tametsi
rationales nobiliori quodam modo
æternam legem participant, scilicet
cum quadam cognitione, & quasi
per irradiationem ; sed creaturæ ra-
tionis expertes subdantur legi æter-
næ seu prouidentiæ diuinæ, quatenus
ab ea mouentur ; creatura rationalis
non tantum patiendo ; sed etiam
agendo subest æternæ legi, & quan-
tum deficit in agendo cum peccat,
tantum patitur vindicante lege
æterna, ut fiat quædam compen-
satio.

Lex æterna, nihil est, quam pro-
videntia, seu diuina ratio, in sum-
mo omnium principe constituta,
quæ cuncta disponuntur, ut fatum
est, inhærens rebus mobilibus dis-
positio, per quam prouidentia, seu
lex æterna, quæque suis necit or-

dinibus, illa autem, ut ait Boetius, ordinis temporalis explicatio, in diuinæ mentis, adunata prospœctu, prouidentia est; quod est ad intellectum ratiocinatio; ad id quod est, id quod gignitur; ad æternitatem tempus; ad punctum medium circulus; hoc est fati series mobilis, ad prouidentiæ, vel æternæ legis simplicem stabilitatem.

Legem æternam omnia quidem participant, quatenus prouidentia diuina gubernantur: sed homo qui est capax sibi & alijs prouidendi peculiari quadam ratione legem æternam recipit, & hæc portio legis æternæ, seu impressio diuinæ legis mentes humanas irradiantis dicitur lex naturalis, cuius meminit psaltes regius cum enim ex persona impij dixisset, *quis offendit nobis bona?* quasi satisfaciens responderet, *signatum est super nos lumen vultus tui Domine.*

CAP V T II.

De differentia veteris legis & nouae.

Præter legem , tum naturalem ,
tum humanam necessariam esse
diuinam , quadruplici ratione de-
monstrat scholæ Angelus. Primo ,
quia ordinatur homo ad finem na-
turalem per legem humanam: ergo
indiget alia lege , per quam ordi-
netur ad finem supernaturalem.
Secundo , propter incertitudinem ,
tum legis humanæ , tum iudicij hu-
mani , opus fuit lege diuina ; ut con-
staret homini quid sibi agendum in-
cumberet. Tertio , lex humana ex-
teriorum duntaxat actus dirigit : lex
igitur diuina fuit necessaria , quæ
actus interiorum ordinaret. Quartò ,
ut nihil impunitum maneret , si fue-
rit malum , nihil sine præmio si bo-
num , quas rationes ut notat diuus
Thomas , tangit psaltes regius ,

lex (inquit) Domini immaculata.
Quia nihil difforme in lege diuinâ
reperitur , & nihil turpe patitur ,
conuertens animas , quia non modo
exteriores actus sed etiam interior-
res ditigit , ac perficit , testimonium
Domini fidele , adeo certitudo legis
diuinæ , à qua deficit lex humana ,
sapientiam præstans parvulis , quatenus
nos ordinat ad supernaturalem
finem.

Lex diuina secatur in veterem ,
& nouam : cum enim lex sit regula
humanorum actuum , omnem autem
regulam attemperatam esse oporteat
rebus quas dirigit : non omnibus
eadem sunt leges præscribendæ ,
nec vlla ferri debet , quæ subdito-
rum vires supereret : nam (vt ait sa-
piens) qui nimis emungit elicit san-
guinem , & saluator , quod si nouum vi-
num mittatur in vires veteres , id est si
præcepta vitæ perfectæ imponantur
hominibus imperfectis , vires rup-
puntur , & vinum effunditur , id est ,
præcepta contemnuntur , & ex con-

10 PHILOSOPHIA MORALIS
temptu homines ad peiora præcipitatur.

Lex vetus erat imperfectior, quām noua, triplicem potissimum ob rationem. Primo, quia lex vetus populo carnali se se accommodans, bona duntaxat terrena prominiebat; lex noua non solum pollicetur sed etiam præstat, non terrena bona, sed spiritualia, non temporalia, sed aeterna. Secundo, lex omnis secundum ordinem iustitiae, quantum potest aetius humanos dirigit, sed lex vetus potius actus exteriores, quām interiores ordinabat: hinc solent dicere, quod lex vetus cohibebat manum, lex noua, animum. Tertio, homines inducebantur ad bonum, per legem veterem, timore tantum poenarum, & seruiliter; sed in lege nouâ inducuntur per amorem: hinc Augustinus scribens contra aduersarium legis & Prophetarum dicit *quod brevis est differentia legis, & Euangeli, timeret amor.*

Verum non perfunctoriē rem
tanti momenti pertractemus : hinc
enim tota ferè doctrina Augustini
quasi religata pendet. Primo igitur
distinguamus cum Augustino, qua-
druplicem naturę humānę statum.
Primus dici potest ignorantia, sc-
cundus scientia, tertius, gratia,
quartus pacis. Primus est ante le-
gem; secundus sub lege; tertius sub
gratia; quartus, in pace plenā, at-
que perfectā. In primo statu nulla
pugna erat cum voluptatibus huius
sæculi; in secundo, qui sub lege est,
pugnamus sed vincimus; in tertio,
pugnamus, & vincimus; in quarto,
non pugnamus sed perfecta pace re-
quiescimus: nam ante legem tanta
erat ignorantia, ut peccata etiam
approbarent homines, sub lege pec-
catum renixit (ut ait Apost.) id est co-
gnitum est, sed non superatum; quia
littera occidit, & spiritus vivificat: sed
vnde ille institutionis diuinę ordo,
iuuat audire Augustinum, tamdiu in-
quit primus homo terrenus es, quamdiu

12 PHILOSOPHIA MORALIS
terrena sapit : numquid quoniā puer
dantur puerilia ludicra , quibus puerilis
animus auocetur , propterea grandescenti
non excusuntur e manibus , ut aliquid
iam virilis trahet , quod grandem decer ;
verum tamen tu ipse decessi filio tuo , &
nuces parvulo , & codicem grandi . Non
ergo quia illa quasi ludrica puerorum ,
Deus per nouum testamentum excusit de
manibus filiorum , ut aliquid daret gran-
descentibus , propterea à priora illa ipse non
dedisse putandus est : ipse vitrumque dedit.

Cur ergo Deus veterem legem
condidit ? ut præpararet ad gratiam :
nam vt ait Apostolus , si data esset lex ,
qua posset vinificare , omnino ex lege esset
iustitia , sed conclusit scriptura omnia sub
peccato , ut promissio ex fide Iesu Christi
daretur credentibus . Quem locum ex-
plicans Augustinus ait , ex hac promis-
sione , hoc est , ex Dei beneficio ipsa lex
impletur , sine qua promissione prævarica-
tores facit , vel usque ad effectum mali
operis , si etiam repagula timoris concupis-
centiae flamma transcederit ; vel certe in
solâ voluntate , si timor pena suavitatem

L. de Spi-
ritu & lit-
tera ca.
19.

libidinis vicerit, & infra, lex ergo data est, ut gratia quereretur; gratia data est, ut lex impleretur: neque enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentiae carnis, quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit. Et alibi, lex preparabat medico venturo, cum gratia, & veritate, tanquam ad aliquem quem curare vult medicus, mittat primum serum suum, ut ligatum illum inneniat, sanguis non erat, sanari solebat, & ne sanaretur, sanguis se esse iactabat: missa est lex, ligavit eum, innenit serum, iam clamat de ligatura.

Huius mysterij rationem aperit Aug. quia, ubi sanctus non adiuuat spiritus, inspirans pro concupiscentia malam, concupiscentiam bonam, hoc est charitatem diffundens in cordibus nostris, profecto illa lex; quamuis bona auget prohibendo desiderium malum: sicut aqua impetus si in eam partem, non cesset influere, vehementior fit obice opposito, cuius mollem cum euicerit maiore cumulo praecipitatus, violentius per prona prouoluitur: nescio quo enim modo hoc ipsum, quod con-

L. de spi-
ritu & lit-
tera c. 4.

14 PHILOSOPHIA MORALIS
cupiscitur, si iucundius, dum retatur.
Et certe Augustinus Apostolo suc-
cinit, qui docet legem subintrasse ve-
abundaret peccatum: Et ubi abundantie
peccatum abundantia Et gratia: Item,
quod lex iram operatur: nam (ut ait
Aug.) sciri facit peccatum potius quam
caneri, Et ideo magis augeri: quam mi-
nui; quia male concupiscentiae, etiam
praevaricatio legis accedit. Et infra. Vnde
illis iram operabatur, abundante peccato,
quod ab scientibus perpetrabatur; quia Et
quicumque faciebant, quod lex subebat,
non adiuuante spiritu gratiae, timore pene
faciebant, non amore iustitia: ac per hoc
coram Deo, non erat in voluntate, quod
coram hominibus apparebat in opere, po-
tiusque ex illo rei tenebantur, quod eos
nouerat Deus malle, si fieri posset, impunè
committere: hinc vocat legem ope-
rum, quam distinguit à lege fidei,
quod inquit operum lex minando imperat,
hoc fidei lex credendo impetrat: illa dicit,
non concupisces, ista dicit cum scirem,
quia nemo potest esse continens, nisi Deus
des, Et hoc ipsius naturae sapientiae scire cu-

Ibidem
c. 6.

c. 8.

c. 13.

ius esset hoc donum, adij Dominum &
deprecatus sum; ac per hoc lege operum di-
cisi Deus, fac quod iubeo: lege fides dicitur
Deo, da quod iubes: ideo enim iubec-
lex, ut admoneatur, quid faciat fides,
id est, ut cui inbetur si nondum potest,
sciat quid petat, si autem continuo potest,
& obedienter facit, debet etiam scire quo
donante possit: non enim spiritum huius
mundi accepimus, ait idem ipse constan-
tissimus gratia prædictor sed spiritum qui
gratiae est, ut sciamus quæ à Deo donata
sunt nobis: quis est autem spiritus mundi
huius nisi superbia spiritus unde mibi
videatur magis esse Dei filius, qui nouit à
quo speret quod nondum habet, quam qui
sibi tribuit, id quod habet.

Non ergo ut multi sibi persua-
dent, & ut aiebat ipse Julianus, L. 2. ope-
ris imper,
peccatum infregit censura legis, & re-
fringendo ex multâ parte restrinxit: vnde
idem hæreticus dicebat; causam ma-
ximam suisse promulganda legis, ut pec-
catum proderetur, & caneretur; quem
optimè retundit Aug. ut proderetur,
verum dicas, hoc & nos dicimus, ut au-

16 PHILOSOPHIA MORALIS
cum caueretur, non lex, sed gratia, non
littera, sed spiritus fecit: nam vi ait
idem doctor alibi, minor erat concu-
piscentia, quando ante legem securus pec-
cabis, nunc autem oppositus tibi legis obi-
cibus, fluisse concupiscentie quasi fræ-
natus est paululum, non siccatus; sed in-
crecente imperio, qui te ducebat obicibus
nullis, obruit te obicibus ruptis: concupis-
centia tua minor erat quando tuam mo-
uebat libidinem. omnis est quando trans-
cendit ex legem.

Ratio huius doctrinæ est, quam
libro de spiritu & littera tradit quæd
c. 18. Deus spiritus est, ubi autem spiritus Do-
mini, ibi libertas sed timor erat spi-
ritus veteris legis, ex lege timemus
Deum, ex fide speramus in Deum; sed
timentibus pœnam absconditur gratia:
sub quo timore anima laborat, quando
concupiscentiam malam non vicebit, nec
timor ille quasi custos severus abcesserit;
quare per fidem confugiat ad misericor-
diam Dei, ut det quod iubet, atque in-
spirat à gratia suavitate per Spiritum san-
ctum, faciat plus delectare quod præcipie
quam

quam delectat quod impedit.

Hoc etiam esse discriben, vetus
inter & nouum testamentum passim
docet idem Antistes. Cum igitur, c. 15.
inquit, *hac apparet distantia veteris &*
noui testamenti, quod lex, ibi in tabulis,
hic in cordibus scribitur, ut quod ibi so-
*rinfec*us* terret, hic delectet intrinfec*us*,*
ibique fiat praevaricator per occidentem
litteram, hic dilector per vimificantem
spiritum. Superius dixerat. Quod pro-
pter veteris hominis noxam, qua per lit-
teram iubentem & minantem minime fa-
nabatur, dicitur illud testamentum ve-
tus, hoc autem nouum, propter nouitatem
*spiritus, qua*m* hominem nouum sanat a
vitio vetustatis.*

Nec aliud ante docuit Apostolus
gentium, maxime in Epistola ad
Romanos, in qua teste Augustino.
Pene ipsa quaestio sola versatur, tam pu-
gnaciter, tam multipliciter, ut fatiget
quidem legentis intentionem; sed tamen
*fatigatio utile, ac salubr*is*, ut interioris*
hominis magis exerceat membra, quam
frangat. Ibi iuquam docet Apostolus.

R

18 PHILOSOPHIA MORALIS

Quod lex subintravit ut abundaret peccatum, quod quamvis bona operata est mortem quod iram operatur: quod non accepimus spiritum servitutis in timorem, & alia id genus innumera quibus superbiam Iudeorum retundit: sic in Epistola secunda ad Chorinthios, vocat legem ministracionem mortis. Multum est (inquit Augustinus) & nimis longum, colligere quia in hanc sententiam beatus dicit Apostolus, legem diffingens a gratia: eo quod, sub ista elidantur elati, sub ista eriguntur elisi, & illa in tantum bona sit, ut bona iubeat; hac in tantum, ut bona conferat; illa influit facit audirem: ista factorem, & ideo sub ista peccator in super etiam praevaricator, amissâ excusatione ignorantiae coniunctus iaceat, sub ista verò & parcente, & opulente, nec qui mala est operatus extinguitur, & ut bona operetur accenditur.

Dicet aliquis; cur igitur Deus dedit legem, quia magis obesseret quam prodesset? Primo ne ludari ad idola se conuerterent. Deus veteri

homini, fugienti, apposuit, quod timeret.
Secundò, ut Iudaos ad gratiam
quasi manu duceret: hinc Apostolus
dicit: *Quod lex pædagogus fuit in Christo,*
& priusquam veniret fides sub lege custo-
diamur conclusi, in eam fidem quæ poslea
reuelata est: ad hoc enim lex ista precipit,
ut cum his implendis homo defecerit, non
se extollat superbia tumidus, sed ad gra-
tiam confugiat fatigatus, ac sic eum lex
terrendo ad Christum diligendum pæda-
gogi perducat officio: ita multiplicatis in-
firmitatibus poslea accelerauerunt.

Dixerit aliquis: quotusquisque
Iudæus per legem peruenit ad gra-
tiam? respondet Augustinus, quod
nec turba infidelium considerandæ sunt,
omnis enim area multis partibus amplio-
rem habet paleam quam frumentum.

Sed inquires; poterat Deus pro
lege suam gratiam conferre; res-
pondeat etiam Augustinus: quod
Deus agit ut medicus iudicio suo nec or-
dinem sanandi accipit ab agroto. Et certè
hunc Deus ordinem seruare voluit,
ad superbiam etiam electorum eliquandam;

B. 2.

20 PHILOSOPHIA MORALIS
est ergo etiam ista ratio medicina corporalis; nam & pleraque medicamenta plus affigunt ut sanent, & ipsa collyria quae ad oculos pertinent, si ea opus est intrinsecus insundi, nisi sensum videndi plus claudant, & perturbent prodesse non possunt. Salubrissimus enim petrus sibi displicuit quando flevit, quam sibi placuit, quando presumpsit, verendum erat ne diceremus ecce manus nostra excelsa & non Dominus fecit haec omnia.

Quorsum hæc? nisi ut omnes intelligant, quantum illi abhorreant à doctrina Augustini, qui miscentes imam summis, & confundentes vetus testamentum cum novo, gratiam saluatoris in illustratione intellectus, vel piâ cogitatione reponunt: non vero in charitate quæ voluntatem molliat, & duritatem cordis auferat.

Epist. 120. Hoc, inquit Sanctus Doctor, non sit ipsa lege, sed gratia, non imperio, sed beneficio, non iubente litera, sed innante spiritu. Profecto non minus liberalis fuit pelagius qui apud Aug. hæc habet.
L. de gratia christ. c. 7. Adiuuat enim nos (inquit) Deus per

doctrinam & reuelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis ne presentibus occupemur futura demonstrat, dum diabolus pandit insidias, dum nos multiformi & incessabili dono gracie cœlestis illuminat. Et infra. Operatur in nobis velle, quod bonum est, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, mutorum more animalium tantummodo presentia diligentes, futuræ glorie magnitudine, & præmiorum pollicitatione succendit, dum reuelatione sapientie in desiderium Dei stuporem suscitat voluntatem, dum nobis (quod tu alibi negare non audes) suadet omne quod bonum est.

Quem sic excipit Augustinus, hinc itaque apparet, hanc eum gratiam confiteri quâ demonstrat, & reuelat Deus, quid agere debeamus, non qua donat atque adiuuat ut agamus, cum ad hoc potius valeat legis agnitus, si gracie desit opitulatio, ut fiat mandati prævaricatio: ubi enim non est lex (ait Apostolus) nec prævaricatio, & concupiscentiam nescibam, nisi lex diceret, non concupisces;

22 PHILOSOPHIA MORALIS

ac per hoc usque adeo aliud est lex, aliud
est gratia, ut lex non solum nihil proficit,
verum etiam plurimum oblitus, nisi ad-
iunget gratia, & haec offendatur legis vi-
litas, quoniam quos facit prævaricationis
reos, cogit confugere ad gratiam liberan-
dos, & ut concupiscentias malas superent
adiuventos: inbet enim magis quam iu-
nat, docet morbum esse non sanat, imo
ab eo potius quod non sanatur, augetur,
ut attentiùs, & sollicitius gratie medi-
cina queratur.

Hæc leuiter delibasse sufficiat, ne
extra propriam orbitam excurrere
videamur: nunc placet summam
eorum, quæ de virtusque legis dis-
crimine diximus retrahere. Lex
itaque vetus differt à nouâ, quod
illa forinsecus terreat, hæc intrin-
secus delectet, in illâ timor præ-
ualet, amor in istâ. Illa prævari-
catores facit, & auget prohiben-
do peccati desiderium; nam ut
ait Apostolus *virtus peccati lex hæc*
autem dilectores facit: illa im-
perat, hæc impetrat: illa generat

in seruitutem, ut docet Apostolus.
Scriptum est enim, inquit, quoniam Abram duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera, sed qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera per reprobationem, que sunt per allegoriam dicta: hac enim sunt duotestamenta. Lex autem noua generat filios & vocatur ab Apostolo Iacobo lex libertatis; peccatum vobis non dominabitur (inquit Apostolus) quis non estis sub lege sed sub gratia; & alibi, quod si spiritu ducimini non estis sub lege, quem locum explicans Augustinus, sub lege enim est, qui timore supplicij quod lex minatur, non amore iustitiae, sentit se abstinere ab opere peccati; nondum liber, nec alienus a voluntate peccati; item alibi, sub lege enim erant quia premebat eos lex, conditione premebare, concincedo eos de reatu, non saluando: demonstravit enim peccatum lex, ipsa fixit spinam, ipsa fecit cor compungere, ipsa admonuit ut reum quisque se agnoscere, & pro venia

Episto. ad
Galatas
c. 4.

L. de na-
tura &
gratia.

In psal-
mum 3.

24 PHILOSOPHIA MORALIS

Tract 3. clamaret ad Deum. Quod etiam. alio
in Ioan. loco inculcat. Ille dedit legem, qui de-
dit & gratiam, sed legem per seruum mi-
sit, cum gratia ipse descendit, & vnde
facti erant homines sub lege? non imple-
ndo legem, qui enim legem implet, non est
sub lege, sed cum lege, qui autem sub lege
est, non sublenatur, sed premitur lege.
*Aegritudo superborum facta est confessio
humilium.*

Nunc claudamus non Aristotelis,
sed Apostoli, & Agustini palastram,
mirabili congruentia quam inter ve-
terem legem & nouam reperit Au-
gustinus, dies enim inquit quinquaginta
computantur, à celebratione Pascha, quæ
occisione figurata ovis per Moysen fieri
præcepta est, in significationem utique
suturae Dominica Passionis, usque ad
diem quo Moyses legem accepit, in
tabulis digito Dei conscriptis: similius
ab occisione, & resurrectione illius qui
sic ut ovis ad immolandum ductus est, quin-
quaginta diebus completis, congregatos in
unum fideles digitus Dei, hoc est Spiritus
sanctus impletit. In hac mirabili con-

gruenia illud certè plurimum distat, quod
ibi populus accedere ad locum, ubi lex
dabatur horrendo terrore prohibetur, hic
autem in eos superuenit Spiritus sanctus,
qui eum promissum expectantes, in unum
sierant congregati: ibi in tabulis lapideis
digitus Dei operatus est, hic in cordibus
humanis: ibi ergo lex extrinsecus posita
est, quā iniusti terrarentur; hic intrinsecus
data est, quā iustificarentur.

L. de spi-
ritu & lit.
c. 16.

CAPVT III.

An concupiscentia sit mala.

PElagiani ut peccatum originale
negabant, sic concupiscentiam
bonam esse, & naturalem asser-
bant. Concupiscentiam autem vo-
camus non passiones, vel motus ap-
petitus sensitiui, sed illam effrani-
tatem appetitus, quā sāpe præuer-
tit, & reluctatur rationi; hanc esse
peccati originalis pœnam, & ma-
lam, pluribus argumentis ostendit

Augustinus. Primo quod ipso factente Juliano pugnamus contra concupiscentiam: hinc hæreticus ille, apud Augustinum. *Concupiscentie* (inquit) *naturalis*, qui *modum* tenet, *bono bene* *vestitur*, qui *modum* non tenet, *bono male* *vestitur*, qui autem, etiam ipsum *modum* Sancte Virginitatis amore *contempserit*, *bono melius* non *vestitur*: *confidentia* quippe sua *salutis* & *roboris* *contemptus* *remedii*, ut *gloriosa* posset *exercere certamina*. Quem Augustinus sic retundit: *Inter duos adversarios constitutus*, in *magnas coarctaris angustias*, & *me vis vincere* per eloquentiam, & libidinem per continentiam; sed pugnando aduersus eam, confiteris malum, laudando eam, deferis voluntatis bonum: sed ego te *vinco*, & expugnato rem, & laudatorem mali, constitutus te ante iudicem, non alium, sed te ipsum: *vis enim vincere concupiscentiam expugnatione eius*; *me vero laude eius*; sed ego respondeo, ut *vincatur qui laudat*, iudicet qui pugnat: si enim malum est, cur laudat? si bonum cur expugnat? si autem nec

bonum, nec malum, ut quid laudat, ut
quid expugnat? nam quomodo fideliter
simil agas duo ista, non video, ut &
laudes velut amicam, & expugnes
velut inimicam, unum eorum credi-
mus, sed elige quid credamus; si ex
animo pugnas, non ex animo laudas, si
autem simpliciter agis in praconio, collu-
dis in prælio.

Hoc telum saepius torquet Au-
gustinus, & proprijs armis iugulat
aduersarium: Rogo (inquit) te oculos
aperi, & cerne, quæ aperta sunt; nulla
pugna est sine malo: quando enim pugna-
tur, aut bonum pugnat, & malum,
aut malum, & malum, aut si duo bona
inter se pugnant, ipsa pugna est ma-
gnum malum, quod in corpore quan-
do contingit, ut ea quibus constat,
idest, humidum, & secum, cali-
dum, & frigidum quamvis sine in-
ter se contraria, pacem suam, concor-
diamque non teneant, morbi agrotatio-
nesque nascuntur.

Dixerat etiam Iulianus pudicitiam
coniugalem esse remedium contra

L. 5. c. 5.

28 PHILOSOPHIA MORALIS

L. 3. c 15.

concupiscentiam. Disceret sane inter lascivientes, & continentes, tanquam in medio, pudicitudinem constituisse coningalem, quæ illos illucita commississe indignatur, hec etiam licita contempsisse miratur, ultimi limitis fortuita regionem, ultra se prouenit exēcrata barbariem, supra se micantium, venerata fulgorem, quæ reverendis manibus confosset astuantes, & laudat tali remedio non egentes. Quem belle excipit August. si agnoscere remedium agnoscere morbum; si negare morbum negare remedium. Rogo cede aliquando etiam per os tuum tibiloquentis veritati; nemo promidet remedium sanitati; & quia Julianus Augustinum ex contemptu pœnum vocabat, subdit Aug.

*Panus te hoc vulnere pœnus
Immolar, & panam scelerato ex dog-
mate sumit.*

Secundo concupiscentiam esse malam, demonstrat Aug. quia non erat, in statu innocentiae: vnde necesse est ut sit supplicium primi veterisque peccati, cuius iudicium est maximum, pudor ille, qui concu-

pitentiam comitatur : hanc rationem sa pius versat Aug. & primo illam concupiscentiam non fuisse in statu innocentiae , ubi (inquit) absit ut credamus aliquid fuisse unde sensum nostrum , sive intrinsecus , sive extrinsecus , aut dolor pungere , aut labor fatigare , aut pudor confundere , aut ardor viere , aut algor stringere , aut horror offendere & manifeste ostendit concupiscentiam non esse naturalem , ex confusione primorum parentum , quæ peccatum subsequitur est . Tu itaque , inquit , frustra refugis ad balbum , atque Philosophorum litteras , quasi balbus te faciat loquenter , quando de illa confusione primorum hominum non potes inuenire quid dicas : si autem in quibusdam veris sententijs saltem Philosophorum litteris crederes , non surdo corde illud audires quod voluptates illecebras atque escas malorum & vicioram partem animi dixerunt esse libidinem , puto quod te pungat conscientia , sed vicit rectum timorem , cum ingenui peruersum pudorem , quoquo modo iam defendenda precipitata sententia

30 PHILOSOPHIA MORALIS
tantum modo excessum libidinis, idem-
tisdem culpas, ipsam laudare non cessas,
nec attendis, sentis, intelligis malum
esse, cui ne limitem necessitatis excedat
cogitur temperantia repugnare? ex qui-
bus manifestum est, quod iuxta Aug.
non tantum excessus concupiscentiae
in vitio est; sed etiam ipsa concu-
piscentia peruersa est. Nec vinum
(inquietabat Julianus) ebrietas, nec
cibum condonnet crapula, nec concupis-
centiam infames obsecruntas; excessus eius
in culpâ est, cui respondet Aug. nec per-
cipit, quod facilimè potuisse, si magis
ipsam quam me vincere voluisses, ut non
fiat malum excedendi, resistendum esse
malo concupiscendi.

Quod autem Augustinus oppo-
nebat de confusione primorum pa-
rentum sic dilucere nitebatur Julianus:
Homines scilicet, fuisse primitus
nudos, quia ad solertia humana operam,
ut se tegerent pertinebas que nondum in
illis fuie. Vnde sit consequens, replica-
bat Augustinus, ut ante peccatum in-
gresses, peccato autem factos erendas esse

solentes. Et infra. Verum & hic si pudor
ad sit, ad cuius officium vestimenta af-
feris pertinere, nequaquam persuadere
conaberis homines primos, peccato magi-
stro ista pudoris officia didicisse, & in eis
prius duas quasi socias & amicas conue-
nienter habitasse innocentiam, & impud-
entiam: quando enim nudi erant & nou-
confundebantur, insuercandi erant se-
cundum tuam disputationem & à naturali
pudoris sensu abhorrebat; sed videlicet
ab ista prauitate peccando correcti sunt,
& sensus reprobus prauaricationis factus
est in eis doctor pudoris: pudentes quippe
fecit nequitia, quos impudentes iustitia
faciebat? imo vero tua ista sententia,
ita est indecenter impudens, & desor-
miter nuda; ut eam quantalibet folia
verborum confusas, operire non possis, ego
vero, inquit, non à pictore inanum figu-
rarum sed à scriptore diuinarum dediti lie-
terarum, quia illi primi homines antequam
peccarent nudi erant, & non confunde-
bantur: in quibus absit, ut tanta inno-
centia tam impudens esset, sed nondum
invenias quod puderes.

Immo ipse Julianus veniam sub-
inde postulabat, quod cogeretur
disputare de concupiscentia, cui
Augustinus, quare confunderis, de Dei,
operibus disputare i quare petis, ut ignos-
catur tibi? non ut abs te veniam postulatio,
etiam ipsa est libidinis accusatio? duo
enim bona que à patre sunt inter se pu-
gnare non possunt, pugnant autem inter se
continentia, & concupiscentia: quid
horum à patre magis velis esse, responde?
video quas patiaris angustias; faues qui-
dem concupiscentie; sed erubescis conti-
nentia: vincat pudor tuus, eoque vinca-
tur error tuus. Sententiam meam cimicem
dices, qui ut molestiam viuus sic factorem
præstat atritus; quasi verecunderis, ut
loqueris vincendo me atterere velut qui-
dam adituum pudor tuus, à verborum siche
perhibes libertate summonit: quare non po-
tius de bonis quæ landas libere loqueris?
quare non est de opere Dei, libertas ver-
borum si tuis intemerata permanet di-
gnitas; nec aliquid ibi egit peccatum unde
potius incuteret pudorem, & verborum
comprimeret libertatem? alias mitio ra-
tiones

tones breuitati consulens: nunc quid op-
ponat Julianus videamus.

Primo negat concupiscentiam
esse malam; quandoquidem nullum
restat malum in baptizatis, cui oc-
currerit Aug. Tu autem, qui putas, quod
si malum esset concupiscentia, carereret eā
qui baptizatur, multum erras: omni enim
peccato caret, non omni malo quod pla-
nius ita dicitur, omni reatu, omnium
malorum caret, non omnibus malis: num-
quid enim caret corruptione corporis? an
non est malum quod aggrauat animam?
Numquid caret ignorancia malo, per quod
a neScientibus innumerabilia perpetrantur
mala: horum itaque malorum prae-
remitur omnis reatus sacro fonte dilutus:
remittuntur ergo in renascientibus, mi-
nuuntur in proficiensibus; ignorantia mi-
nuuntur veritate magis, magisque lucente;
concupiscentia minuitur, charitate ma-
gis, magisque fernente. Igitur ex Au-
gustino solueretur reatus sed manet infirmi-
tas soluitur (inquit) per indulgentiam,
quia tenebat in noxa: conteritur per con-
tinentiam, ne vincat in pugna: agitur

C

L. 6. c. 16

E. 6. v. 16

1965

34 PHILOSOPHIA MORALIS
itaque ne obſie, donec ita ſanetur, ut
non fit.

Solebant enim pelagianicalum-
niari Auguſtinum, quaſi diceret in
baptismo non fieri perfectam pec-
catorum remiſſionem: hinc Sanctus
Doctor ſcribens ad ſummum Pon-
tificem Bonifacium: *Dicimus enim
baptisma date omnium Indulgentiam pec-
catorum, & auferre criminā non radere,
nec ut omnium peccatorum radices in
mala carne teneantur, vnde cren-
dum reſecanda peccata. Sed hac, concu-
piftia, etiam ſi vocatur peccatum non
utique quia peccatum eſt, ſed quia pec-
cato facta eſt, ſic vocatur; ſicut ſcriptura,
manus cuiusque dicitur, quod manus eam
fecerit.*

Opponebat ſecundo Julianus: illam concupiſcentiam eſſe natura-
lem, quādoquidem reperitur etiam
in brutis: vnde contendebat, vt iam
diximus, ſolum excessum eſſe malum,
huius itaque (inquietabat) appeti-
tus, non in genere ſuo, non in ſpecie, non
in modo culpa eſt: ſed in excessu, quia

genus eius, & species ad conditoris operam pertinente, modus eius ad arbitriatum honestatis, excessus ad vitium voluntatis.

Cui respondet Augustinus, Hac autem libido, idè malum non est in bellu, L. 4. c. 5.
quoniam non repugnat rationi qua carent
(& infra) ait quodam loco Tullius se non

C. 12.

putare idem esse arietis, & Publii Africani bonum. Et idem Tullius hominem dicit, non ut à matre, sed ut à noueret à natura editum in vitam, corpore & nudo, & fragili, & infirmo, animo autem anxiety ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines, in quo tamen ineffet tanquam obrutus quidam diuinus ignis ingenij, & mentis, sed (ut ait Augustinus) rem vidit & causans recessit.

L. 3. de
republica

Concludamus concupiscentiam esse malam, tanquam valetudinem. Et languorem, & non solum illius excessum esse vituperandum, qua propter (inquit Augustinus) quanto libet te aduersus oculos imperitorum dialeto regmine inuolvas, manifesta veritate nudaberis, ego tanquam valetudinem me-

L. 6. c. 7.

C. 2

36 PHILOSOPHIA MORALIS
tam ex origine vitiata ingenitum esse ho-
mim dico vitium, quo caro concupiscentia ad-
uersus spiritum & hoc malo bene vii pu-
dica coniugia : sed isto mali usu bono
landare vienem non ipsum malum.

CAPVT IV.

*Virum consentire concupiscentie
sunt peccatum.*

Concupiscentia ut iam subinde
diximus, nihil est aliud, quam
effrenitas appetitus: unde solet ap-
pellari libido, vel infirmitas, tum
enim membrum dicitur infirmum
quando propriam operationem exer-
cere non potest, ut membrum para-
lyticum, quod non obedit nutui vo-
luntatis: sic infirmitas est in homine
tum maxima, cum pars inferior su-
perioris non subest regimini; sed vel
praeuolat, vel anteuertit rationem;
imò & sàpe voluntatem contra ni-

tentem rapit: hanc concupiscentiam vocat Apostolus peccatum. Non regnes (i nquit) peccatum in vestro mortali corpore: nam (ut ait Augustinus) peccati nomine quod in illo habitabat , ipsam nuncupabat concupiscentiam , quia peccato facta est , & si consentientem traxerit , atque illexerit , concipit parique peccatum. Vbi Augustinus , alludit ad illum Apostoli Iacobi loquim , unusquisque tentatur à propriâ concupiscentiâ , abstractus , & illectus : deinde , cum concupiscentia conceperit , parie peccatum : ex quibus manifestum est , quod peccatur concupiscentiæ consentiendo.

Hoc sexentis in locis docet Augustinus post Paulum Apostolum , Ioannem , & Iacobum : nam Paulus Apostolus , vetat , ne obediamus concupiscentijs , neque exhibeamus membra nostra armi iniquitatis , & Ioannes Apostolus docet , quod concupiscentia non est à patre , nolite diligere mundum quoniam omne quod est in mundo , vel est concupiscentia carnis , & concupiscentia

38 PHILOSOPHIA MORALIS
oculorum, & *superbia* *vita*: Hanc tri-
plicem concupiscentiam vocat Au-
gustinus, libidinem sentiendi, li-
bidinem sciendi, & libidinem ex-
cellendi: prima est concupiscentia
carnis, secunda est concupiscentia
oculorum, tertia superbia *vitæ*: ex
hac triplici concupiscentia tanquam
ex triplici fonte non vbertatis, sed
indigentia omnia peccata scaturiūt.

Quod autem non possimus ulli
concupiscentiæ consentire sine pec-
cato, hinc manifestè deducitur, quod
concupiscentia nihil aliud est quam
inclinatio ad fruendum creaturis
(ut identidem docet Augustinus)
nam appetitus sensitivus bono tem-
porali & corporeo inhiat, non ut
vtatur quia visus ad solam pertinet
rationem, quæ vnum ad aliud re-
fert, sed ut fruatur & quiescat; sed
ut ait, idem Doctor *omnis peruersitas*
humana est frui vtiendis & vti fruendis:
vnde peccatum est frui creatura,
quâ debemus tantum vti, ergo con-
sentire cōcupiscentiæ peccatum est.

Hoc etiam tanquam certissimum supponit Augustinus, disputans contra Julianum, & hinc probat concupiscentiam esse malam: *Cur (inquit) vulnero feriatur mortali, qui vulnero igni consentire vitali.* (Sic enim concupiscentiam appellabat Julianus) *puto quod ipsum libri cui attrahentem, erubescendo conueretur in minium,* (& infra) nullumne ergo malum est, cui consentiendo peccatur, & libro quinto, quam tu (inquit) cum bonam naturaliter dicis, astuē illi semper consciendum esse decernis, ne sensu improbo repugnetur naturali bono. Ita quippe potest facilissime vera esse etiam illa vestra sententia, quā dicitis hominem sine peccato esse, si velit; non est enim quomodo faciat quod non licet, quando licet quidquid libet, quia bonum est quod naturaliter libet; & alibi, quacumque te verses, quacumque te iactes, quacumque, unde cumque colligas, inflas, ventiles, spargas, contra quod concupiscit spiritus bonus non est bonum. Huc tota vis argumentationis credit, quod si concupiscentia

40 PHILOSOPHIA MORALIS
est mala, consentiendo semper peccatur, quia non invitat, nisi ad malum. Illa igitur (ut ait Augustinus) est pena peccati, illa plaga, vestigiumque peccati, illa illecebra fomesque peccati, illa lex in membris repugnans legem, illa ex nobis ipsis, aduersus nos ipsos inobedientia, insuffissimo reciprocum inobedientibus reddita, huic nos pudet, & merito pudet: nam si hoc non esset quid nobis esset ingratius? quid irreligiosius: si in membris nostris, non de vicio, vel de pena nostra, sed Dei confunderemur operibus. Res est tam certa apud Augustinum, ut frustra tempus teratur, in congerendis authoritatibus, quæ omnibus sunt obuiæ.

Dixerit aliquis: concupiscentia est motus appetitus sensitivi, sed supra diximus motus appetitus sensitivi esse naturales; unde nequimus passiones esse extirpandas: ergo concupiscentia est naturalis, nec peccatur quando ei consentitur.

Respondeo passiones esse naturales , non item concupiscentiam , quæ nihil est aliud , quam effrenitas appetitus sensu*rum* : quare officium virtutis non in hoc consistit , ut voluptas propter se appetatur (nequidem moderata) non enim licet naturalem ordinem perturbare ; sed ordo naturæ postular , ut mens dominetur concupiscentiæ , & quamvis multa agamus cum voluptate , nihil tamen propter illam operemur : ergo ubi regnat concupiscentia (id est) quando voluntas ei consentit prout dubio peccatur : nam (ut ait Augustinus) Nihil aliud suadet & iubet , quam peccatum , nam si mente ei seruatur , sine excusatione peccatur. Non est enim naturale homini , ut caro concupiscat contra spiritum : nam ut naturale est fœminæ ex libertate sua vivere , si tamen coniugio sit ligata , nonnisi ex præscripto viti debet vivere ; ita cum appetitus

L. I. ope-
ris imper-
fecti.

42 PHILOSOPHIA MORALIS
sensitivus sit instar fœminæ, debet
obedire rationi, tāquam viro quam-
uis si solus esset appetitus sensitivus
vt in belluis non esset peccatum;
nec poena peccati concupiscentia,
sive libido; sed æquum est, vt pa-
reatur à seruo, id est, vt pars infer-
ior superiori obsequatur; mirum
etiam si natura hominis sit, vt per-
petuò secum luctetur, & sapientia ani-
mus sub concupiscentiæ vincatur,
ac pondere gemat captiuus.

Vrgebis: quod si appetitus sensi-
tivus inclinat rationem ad fruendū
creaturis, non modò concupis-
centia erit mala, sed etiam appeti-
tus sensitivus erit peruersus. Res-
pondeo quod appetitus sensitivus
quamvis in rebus sensibilibus ha-
reat, non continuò tamen vitiosus
est, quia non potest vlt̄rē res corpo-
reas se le extendere, sed vitiosa est
pars superior, si obedit parti infer-
iori, & fruatur creaturis, quibus
vti debet v. gr. nullum est vitium
in oculo, cui baculus in aqua fractus

apparet: non enim illius natura patitur aliter iudicare; sed cum ratio fallitur, cum putat baculum esse fractum, quia debet sensum corriger: fateor tamen appetitum non omni malo catere, cum importunitis suis moribus rationem anteuertit, & inuitat ad fruendum creaturā.

Rursus inquies: facetur ipse Augustinus quasdam voluptates esse licitas, atque adeo propter se appetendas.

Respondeo quasdam res concedi, in quibus nonnullam voluptatem licet percipere, id est, quarum usus cum voluptate coniunctus, licitus est; sed nego voluptatem ipsam propter se experendam esse; sed aliqui finis honesti gratiā, vel salutis corporē ergo, vel ut molestiæ tedium frangamus, v. gr. nullum est peccatum, cibum cum aliquā voluptate sumere; sed peccatur quando cibus tantum propter voluptatem capitur, ut cum, iam est adempta fames: nam ordo naturæ

44 PHILOSOPHIA MORALIS
peruenitur : si quidem non cibus
propter voluptatem , sed voluptas
propter cibum posita est : ne ten-
sus asperitate offensus , alimenta
horreat : hinc per pulchre Augu-
stinus , *Hoc me docuisti* , ut quemad-
modum medicamenta , sic alimenta sum-
ptuosus accedam , sed dum ad quietem
satietas , ex indigenice molestia tran-
seo , in ipso transitu mibi insidiatur la-
queus concupiscentiae : ipse enim tran-
itus voluptas est , & non est alius qua
transcatur quam , quo transire cogit
necessitas , & cum salus sit causa eden-
di , & bibendi , adiungit se tanquam
pedissequa , periculosa iucunditas , &
plerumque praetere conatur , ut eius can-
sa fieri quod salutis causa me facere ,
vel dico , vel volo : nec idem modus
virisque est , nam quod salutis satis
est , delectationi parum est , & sepe
incertam sit , utrum adhuc necessaria
corporis cura subsidium petat , an vo-
luptuaria cupiditatis fallacia ministerium
suppetat : ad hoc incertum hilarescit in-
felix anima , & in eo preparat excu-

L. 10.
confessio.

sationis patrocinium gaudens non appa-
rere quid saepe si moderationi valetu-
dinis, re obtentu salutis obumbret negoti-
tum voluptatis.

Verum ut hæc melius intelli-
gantur, distinguere oportet cum
Augustino, necessitatem sentiendi,
à libidine (hoc est) sensum, sive
appetitum, à concupiscentiâ : hinc
Sanctus Doctor scribens contra
Iulianum : Non enim ait Dominus, L.4.c. 14.
qui videris mulierem, sed qui videris
ad concupiscendum : iam mœchatus es
eam in corde suo : ecce sensum videndi
à libidine sentiendi, si perniciax non
sis, breviter aperteque discrene : illud
Deus condidit, instruendo corpus hu-
manum ; illud Diabolus seminavit per-
suadendo peccatum. Sicus auri decus
aliter laudat religiosus, aliter avarus ;
iste cum pietate venerandi creatorem ;
ille cum libidine possidendi creaturam.
Non solo ergo cibo, sed etiam cibi sa-
pore indiget infirmitas corporis nostri,
non propter exsaturandam libidinem,
sed propter tuendam salutem : cum ergo

46 PHILOSOPHIA MORALIS
natura quodammodo posse suplementa
que defunt non vocatur libido sed fames,
aut suis : cum vero supleret necessitate amor
edendi animum sollicitat, iam libido est,
iam malum est. Quis autem mente so-
bris non malleret si fieri posset sine illa
mordaci voluptate carnali, vel arida su-
mere alimenta, vel humida; sicut su-
mimus hec ærea, que de circumfusis au-
ris respirando, & spirando sorbemus, &
fundimus.

CAPVT V.

*Virum liceat amare creaturam
propter seipsum.*

AMARE creaturam propter se ip-
sam adeo ut amor ille ad crea-
torem non referatur, est frui crea-
tura: sed ut iam ex Augustino dixi-
mus, omnis humana peruersitas, est frui
viendis, & vi fruendis: nam fruimur
ijsquæ nos beatos efficere posse cre-
dimus: ergo cum non liceat frui

creatura, quia non potest nos beatos reddere, non licet creaturam propter se ipsam sic amare, ut ille amor ad Deum non referatur.

Secundo illud peccatum est quod fit contra legem aeternam sed (ut ait Augustinus) iubet aeterna lex auertere amorem a temporalibus, & eum mundatum conuertere ad aeternam: ergo amare creaturam, non dilectione transitoria, sed permanente, & fixa, adeo ut amor hæreat in creatura peccatum est.

Tertio lex aeterna iubet ut omnia sint ordinatissima; sed ordo naturæ perueritur, quando creatura propter se ipsam amatur: nam subiicitur rebus, quas diligimus, cuius argumento est quod amor noster diversos induit vultus pro varietate conditionum rei amatæ, quâ præsente læta-nur, & absente cruciamur; vnde amor reddit amantem inferiorem, & amor creaturæ subiicit hominem ipsi creaturæ, qui soli Deo subesse debet; imò libertatem

L. 3. de
libero ar-
bitrio.

48 PHILOSOPHIA MORALIS
hominis naturalem perimit, & do-
minum quod habet in omnes crea-
turas; non enim de superiore in-
dicare possumus: sic fallimur quan-
do de rebus amatis iudicamus: ergo
amor creaturæ, naturalem peruerit
ordinem, & hominem subiicit qui
præesse debet; rationem obnubilat;
iudicium impedit; libertatem de-
struit, dominum evertit quod ha-
bet homo in omnes creaturas.

Huc adde quod amor creaturæ
nos illi agglutinat, & impedit quo-
minus libere volare ad Deum pos-
simus: Capi non vis (inquit Augu-
stinus) & viscum amas? namquid non
caperis, quia dulciter caperis, quanto
magis delebras, tanto magis strangulat:
hinc etiam oritur difficultas, & do-
lor ex amissione boni temporalis:
vnde monet idem doctor, ne crea-
turis amore conglutinemur, neque velue
membra animi nostri faciamus, ne cum
resecari cœperint cum cruciatu, ac tabe-
fædent: & scribens ad Sanctum Pau-
linum, nescio quo autem modo, cum fu-
perflua.

perflua, & terrena diliguntur, arctius
adepia, quam concupita constringunt.
Aliud est enim nolle incorporare quae de-
sunt, aliud iam incorporata diuellere;
illa velut cibi repudiantur; ista velut
membra præscinduntur: & in libro de
vera religione, homo qui prosperis rebus
proficit, asperis quid prosectorie discit,
cum enim mutabilitum rerum adest ino-
pia, non eis confidit; sed cum substrahun-
tur, agnoscitur utrum cum non cœperint;
quia plerumque cum adsunt nobis, puta-
mus quod non ea diligamus, sed cum ab-
esse cœperint inuenimus quid simus; hoc
enim sine amore nostro aderat, quod sine
dolore discedit.

Sed ut nemini dubium de te tanti
momenti remaneat, placet alias ra-
tiones addere: per amorem omnino
conformamur ijs quæ diligimus,
vnde amicorum mores quantum
possimus imitamur, vt ait Pro-
pheta, facti sunt abominabiles, sicut
ea quæ dilexerant; sed vetat Aposto-
lus, ne huic sæculo, sive mundo nos
conformemus, nolite (inquit) con-

D

50 PHILOSOPHIA MORALIS
formari huic saeculo; & (ut ait Augu-
stinus) talis est quisque , qualis est eius
dilectio ; terram diliges , terra eris , Deum
diligis quid dicam Deus eris : ratio est .
Quia vniōnem appetit & efficit a-
mor : cum igitur similitudo sit quæ-
dam vnitas , licet deficiens , & ali-
quo modo participata , amor quan-
tum potest similitudinem efficit ;
vnde creatura rationalis amore crea-
tura irrationalis , tanquam rei im-
puræ contactu polluitur : non igitur
(inquit Augustinus) numeri , qui sunt
infra rationem , & in suo genere pulchri
sunt , sed amor inferioris pulchritudinis
animam polluit . Quod autem illam for-
didat non est malum , quia etiam corpus
creatura Dei est , & specie suâ quamvis
infimâ decoratur ; sed præ animi dignitate
contemnitur : sicut auri dignitas , etiam
purgatissimi argenti commixtione forde-
cit . Quia propter quicumque de nostra
quoque parili mortalitate numeri facti
sunt , non eas abdiscemus à fabricatione
divine prouidentie , cum sint in genere
suo pulchri , neque amemus eos quasi per-

L. 6. de
musica.

fruendo talibus beati efficiamur : his etenim quoniam temporales sunt, tanquam tabula in fluctibus, neque abiiciendo, quasi onerosos, neque amplectendo, quasi fundatos; sed bene vivendo carerimus. Vocat autem numeros pulchritudinem, sive ordinem qui in rebus reperitur.

Postremo ex amore creature oritur instabilitas animi, & inconstans, quia rebus caducis, & perituis innititur: quomodo (inquit Augustinus) tenebuntur ut maneant, quibus hoc est incipere ut sint, quod est pergere ut non sint; & alibi, loca offerunt quod amamus, & tempora surripunt quod amamus, & relinquunt in animâ turbas phantasmatum, quibus in aliud, atque aliud cupiditas excitetur: ita fit inquietus & arumosus animus frustâ tenere à quibus tenetur exoptans. Hoc itidem in alijs plurimis locis docet, ut scribens ad licentium: *Vincula* (inquit) *huius mundi asperitatem habent veram, incunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, du-*

L. de vera religio.

rum laborem, timidam quietem, rem plenam miseria, spem beatitudinis inanem, item in Epistola ad largum, fallax est in eis suanitas, & inservit labor, & perpetuus timor, & periculosa sublimitas, initium sine prudentia, & finis cum pœnitentia; & alibi, que temporalia, & antequam sunt, non sunt, & cum sunt fugient, & cum fugerint non erunt.

Longum est colligere & commemorare omnia quæ Augustinus in hanc sc̄ibit sententiam ut l. 7. confessionum: At ego (inquit) intendebam in ea qua locis continemur, & ibi non inueniebam locum ad requiescendum nec recipiebat me ista, ut dicerem fac est, & bene est: nec dimitebant redire; ubi mibi satis esset bene, superior enim eram ipsis, te vero inferior, & tu gaudium verum mibi subditotibi, & tu mibi subieceras quæ infra me creasti, & hoc erat rectum temperamentum, & media regio salutis meæ ut manerem ad imaginem tuam, & tibi seruiens dominarer corpori; sed cum superbe contra te sur-

gerem, & currem aduersus Dominum
in certuice crassa scuri mei, etiam ista in-
fima supra me facta sunt, & premebant,
& nusquam erat laxamentum, & res-
piramentum: ipsa occurrebant vndeque
aceruatim, & conglobatim cernenti, ca-
gitanti autem imagines corporum, ipsæ
opponebantur redeunti quasi diceretur,
quò id indignè & fodiēde? & hæc de vul-
nere meo creuerant quia humiliasti tan-
quam vulneratum superbū, & tumore
meo separabar abs te & nimis inflata fa-
cies cludebat oculos meos.

Addamne? quod nemo potest bene
vti rebus quas diligit, quia non per-
mittit amor videre modum, quem
ratio debet præscribere, nemo potest
sapienter vivi, nisi qui potest continenter
non vivi: hinc moneret Apostolus, vt
qui vivuntur hoc mundo, sine tantum
non viences, sed temporalia non cessant
nos inflammare futura, corrumpeve
venientia, torquere transeuntia, non-
ne, ipsa sunt que concupita madescunt,
adepta vilescent, amissa vanescunt?
vitimur eis (inquit Sanctus Doctor)

14 PHILOSOPHIA MORALIS
Et nos secundum peregrinationis nostræ
necessitatem, sed non in eis gaudia no-
stra figimus, ne illis labentibus su-
bruamur.

Dicet aliquis quod si amare crea-
turam propter ipsam, nihil sit aliud
quam frui creaturæ, videtur quod
omnis amor creaturæ sit peccatum
mortale, quod plus satis est absur-
dum: quis enim dixerit quod pec-
cat mortaliter, qui semel biberit
vel comedenter propter solam volu-
ptatem? & tamen faciunt omnes
Scholastici, quod peccat mortaliter
qui fruatur creaturæ: nam in illâ vlti-
mum finem reponit.

Respondeo quod hinc manife-
stamente deducitur non esse semper pecca-
tum mortale quando fruimur crea-
tura, sed distinguere oportet du-
plicem finem, unum actionis, al-
terum hominis: quando ultimus fi-
nis hominis est in creaturæ, id est,
cum amor creaturæ magis domina-
tur hominis affectui, quam crea-
toris, procul dubio est in statu pec-

CHRISTIANA. 55
gaci mortalis; sed cum ultimus finis
actionis est in creaturā, quamvis
tum fruatur creaturā, non tamen
peccat mortaliter, vt si edat vel bi-
bat propter solum voluptatem; vel
si mentitur in materia leui: tum
enim licet mendacium, non possit
referri ad Deum, non est tamen
illud peccatum lethale, sed vt docet
Augustinus, que sunt levia, & que gra-
sia peccata, non humano, sed divino sunt
pensanda iudicio.

Euch.

CAPUT VI.

Virum qui puro timore pena agit,
fit immunis à peccato.

Nunc expendere nobis incum-
bit an qui timore penæ non
peccat omnino vacet criminē, &
qui præceptum implet (vel implere
se putat) non amore iustitiae, sed
seruili timore sit omnino expers pec-
cati, quod si nolumus ab Augustini

D 4

56 PHILOSOPHIA MORALIS
doctrina recedere, dicamus, quod
timor bonus est, sed qui timet,
& non amat iustitiam, malam præ-
sefert voluntatem, atque adeò pec-
cat: quod multipli ratione de-
monstrare uobis in procliui est.
Primo, quia, qui solo pœnæ timore
agit, inuitus operatur, & si abesset
supplicium, non abstineret ab opere
malorum: nam (ut docet diuus Thomas)
illud est discrimen inter illa, quæ
meru, & ea quæ concupiscentia a-
gimus, quod in his, quæ præ metu
operamur, repugnantem habeamus
voluntatem, etiam cum agi-
mus, sed in his, quæ ex concupis-
centia operamur, præsens adest de-
lectatio; quamuis forte contraria
præcesserit voluntas, & certe si
quis agens puro metu supplicij in-
terrogetur, an volens, vel nolens
operetur, respondebit sc̄ nolentem
agere, ut nauta nolens proicit
merces: sed qui nolens & inuitus
obedit Deo, reus est in voluntate;
ergo solus timor non omnino libe-

rat à peccato.

Hanc rationem sapius affert Augustinus : *Terrore (inquit) ingeni armorum atque telorum , & circumdantis forsitan multitudinis , vel obuiam cunctis , etiam leo renuncatur à prada & tamen leo venit , leo reddit , pradami non rapuit , non malitiam posuit , quid magnum est paenam timere . Quis non timet ? quis latro ? quis sceleratus ? quis nefarius ? sed hoc interest inter timorem tuum , timoremque latronis , quod latro timet leges hominum , & ideo facit latrocinium , quia sperat se fallere leges hominum ; tu autem leges eius timeres , quem fallere non potes ; nam si fallere posses , quid non fecisses ? ergo & concupiscentiam tuam malam , non amor tollit , sed timor premat . Ad ossele venit lupus , latratu capum , & clamore pastorum ab osili repulsus est , lupus ipse est , semper lupus : & alibi , comparat feralem timorem mulieri , quæ timore mariti non adulterat ; unde grauis est illi praetentia mariti , & adulterinum semper gerit ani-*

Sermone
15. de ver-
bis Apost.

58 PHILOSOPHIA MORALIS
mum; sic qui timore pœna absti-
nent ab opere peccati, semper ho-

L. de na-
tura &
gratia.

stiles animos gerit, & malam præ-
scfert voluntatem. In ipsa (inquit)

L. 2. ad
Bonifa-
cium.

voluntate reus est quia mallet si fieri posset
non esse quod timeat, ut libere faciat
quod occulte desiderat: & alibi. Quando

L. de spi-
ritu & lit-
tera.

autem timore pœna non amore iustitia fit
bonum, nondum bene fit bonum, nec fit

in corde quod fieri videtur in opere, quan-

do mallet homo non facere si posset impune.

Quod sapientius inculcat Augustinus.

Quoniam & illi credunt, qui sub lege
sunt, & timore pœnae iustitiam suam fa-
cere emantur, & ideo non faciunt Dei
iustitiam quia charitas eam facit, quia
non liber nisi quod licet, non timor pœnae
qua cogitur in opere habere quod licet,
cum aliud habeat in voluntate, quia
mallet si fieri posset, licere quod non
licet.

Secundo pœnae timor non tollit
malam voluntatem, non perimit
cupiditatem, sed semper viuit in eo
quem solus timor arcet ab opere
malo. Vnde timor cohibet quidem

manum sed non animum, & semper
mantet iustitiae inimicus, qui puro
pœnæ timore non peccat. Non enim
voluntas mala mutari potest in bo-
nam per solum timorem, sed per
odium peccati, & amorem iustitiae,
quia contrarium non expellitur nisi
a suo contrario sed timor pœnæ non
opponitur cupiditati; ergo cupidi-
tas, que mala voluntas non tollitur
per timorem pœnæ.

*Quæ omnia luculenter nos do-
cebit Sanctus Doctor. Inaniter au-
tem putat victorem se esse peccati, qui
pœna timore non peccat, quia & si non
impletur foris negotium malæ cupiditatis,
ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis
& quis coram Deo innocens inuenitur qui
vult fieri quod vetatur, si subtrahas quod
timetur? ac per hoc in ipsa voluntate reus
est, qui vult facere quod non licet facere,
sed ideo non facit quia impune non potest
fieri; nam quantum in ipso est mallei non
esse iustitiam peccata prohibentem atque
punientem, & utique si mallei non esse
iustitiam quis dubitaverit quod eam si*

60 PHILOSOPHIA MORALIS
posset auferret, ac per hoc quomodo ini-
sus est iustitia talis inimicus ut eam si
potestas detur, præcipientem auferat,
ne conminantem vel indicantem ferat?
inimicus ergo iustitiae est qui poenæ timore
non peccat, amicus autem erit, si eius
amore non peccet tunc enim vere timebit
peccare. Nam qui gehennus metuit non
peccare metuit, sed ardere, ille autem
peccare metuit qui peccatum ipsum, sicut
gehennas adit, ipse est timor castus per-
manens in seculum seculi: nam ille ti-
mor poenæ tormentum habet & non est
in charitate eumque perfecta charitas
foras metuit.

Quod si rationem huius do-
ctrinæ profundiorem scruteris hæc
est (ni fallor) quia timor poenæ
non oritur nisi ex amore proprio,
timemus enim quod aduersatur na-
turæ nostræ, quam amamus; ergo
sicut nos ipsos amare non licet, ita
ut in nobis ultimum finem consti-
tuamus, sic nec ea timere debe-
mus, quæ nobis aduersantur, adeo
vt timor sit tota ratio cur bonum a-

gamus; unde (ut ait Augustinus) qui timore pœna, non amore iustitiae opus legis facit profecto iniustus facit, si posset fieri, mallei viisque non iuberi; ac per hoc legis quam vellet non esse, non est amicus, sed potius inimicus, nec mundatur opere qui immundus est voluntate.

In Psal-
mum 118.

Nemo autem nobis opponat Concilium Tridentinum in quo Anathemate feriuntur, qui dixerint, gehennæ metum per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus vel à peccato abstinemus peccatum esse, aut peccatores peiores facere. Non inquā dicimus timorem pœnæ facere malū; cum Christus Dominus iubeat, ut timeamus eum qui potest corpus perdere, & animam mittere in gehennam; sed qui nihil quam pœnam metuit, nec iustitiam diligit malus est, non vitio timoris sed timoris: quis enim dixerit timorem pœnæ esse vitiosum, cum pœna aduersetur naturæ cuius integratatem possumus amare; itaque timor est

62 PHILOSOPHIA MORALIS
bonus, sed ut ait diuus Thomas, ser-
uitas illius est mala: quin etiam ti-
mor est initium sapientiae, ad quam
non nisi per gradus condescendere li-
cet, & primus ad sapientiam gradus
est timor, qui locum præparat cha-
ritati, sed ubi est perfecta charitas,
foras mittit timorem, ut docet Ioan-
nes Apostolus. Timor etiam cor
mollit & præparat, ut dulcescere in-
cipiat, quod antea non delectabat,
& ita paulatim impedit, quo minus
obduretur animus delectatione tem-
poralium, & prauâ consuetudine,
quâ ita vincimus & vincimur, ut
sæpius illius vincula, sine magno
dolore disrumpere non possimus,
tanquam pedes de compedibus exi-
mere non valentes. In suminâ ti-
mor servilis nos compellit ad misé-
ricordiam Dei confugere, ut amore
faciamus quod timore agere vide-
bamur.

Quod etiam docet Concilium,
attritionem, quæ gehennæ metu
concipitur, cum Sacramento dis-

ponere ad iustificationem: adeo non
nobis obest, ut nihil magis prospicit,
exigit enim sacrum Concilium ut
illa attritio (quam vocat etiam con-
tritionem imperfectam) voluntate
peccandi excludat, quod fieri non
potest, nisi amorem iustitiae includat.
*Tantum porro quis peccatum odit, quam- Epist. 144.
tum iustitiam diligit. Quod non poterit Sess. 6.
lege terrente per litteram, sed spiritu fa- cap. 6.*
nante per gratiam. Vnde Concilium,
vult, ut peccator, priusquam iustificetur,
Deum tanquam omnem iustitiae
fontem diligere incipiat & cap. 4.
ad penitentiam baptismalem, re-
quirit, cor contritum, & humilia-
tum & can. 3. supponit, quod homo
debeat credere, sperare, diligere,
penitere sicut oportet, ut ei iustifi-
cationis gratia conferatur: rationem
huius doctrinae Apost. Ioh. uno verbo
aperuit. *Qui non diligit, manet in 1. Ioh. 3.
morte.*

CAPVT VII.

*Quod actio non est bona nisi
sit amore iustitiae.*

Augustinus solet opponere ti-
morem pœnæ amoris iustitiae,
sed per amorem iustitiae nihil aliud
debemus intelligere, quam amo-
rem Dei, cuius participatione su-
mus iusti, non autem fulgorem illum
virtutis moralis: *Non moueram iusti-
tiam veram, interiorum, non ex consue-
tudine iudicantem, sed ex lege rectissima
omnipotentis Dei, qua formarentur mores
regionum, & dierum, pro regionibus, &
diebus: cum ipsa ubique, ac semper esset,
non alibi alia, nec alias aliter: quamuis
multa dixerimus de illa iustitia aut
veritate incommutabili, vbi de in-
tuitu veritatis egimus: pauca hic
addere non erit alienum. Facere
opus bonum in scripturis sanctis,
est facere iustitiam, facere verita-
tem,*

L. 3, con-
fessio.

tem, ambulare in veritate. Non enim tibi fingere debes Deum, quasi idolum, inuisibilibus similis est Deus, & ea in nobis sunt meliora que sunt inuisibilia. Vnde ut docet alibi, illa iustitia qua vinit in se ipsa procul dubio est, atque incommutabiliter vinit, sicut autem hoc cum sit in se ipsa vita, etiam nobis sit vita, cum eius efficiamur ut cuncte participes, ita cum in se ipsa sit iustitia etiam nobis sit iustitia, cum ei cohaerendo iuste vivimus. Ergo ex Augustino amare iustitiam, non est amare virtutem moralem, sed fontem iustitiae, quomodo enim anima qua inferior Deo est, id quod ipsa inferior est, hoc est corpus, facit vivere; sic eamdem animam non facit beatu vivere nisi quod ipsa anima est superior.

Hanc iustitiam esse incommutabilem, & illius participatione nos esse iustos passim docet sanctus Antonius, quid enim est, inquit, quod cogitat, qui vult iniuste vivere & peccat, deserit iustitiam, diminuta est & conuersus est ad iustitiam? quid ancta est & de-

E

66 PHILOSOPHIA MORALIS
serit eam, integrum relinquit, conuer-
tetur ad eam, integrum eam inuenit,
quid est ergo lumen iustitiae & de oriente
surgit, & in occidentem vadit? an est
alius locus, unde oritur ante quo venis?
nonne ubique praeſto est; & alibi, intrauis
& vidi qualcumque oculo anime meæ,
suprà eundem oculum anime meæ, supra
mentem meam, lucem Domini incommu-
tabilem, non hanc vulgarem, & con-
ſpicuam, nec ita erat supra mentem
meam, ſicut oleam super aquam, nec
ſicut cælum ſuper terram, ſed ſuperior
quia ipſa fecit me, & ego inferior, quia
factus sum ab ea: qui nouit veritatem,
nouit eam, & qui nouit eam, nouit aeterni-
tatem. Charitas nouit eam: d' aeterna
veritas, & vera charitas, & chara aeterni-
tas. Nemo ergo dubitet amorem
iustitiae aut veritatis, de qua toties
loquitur Augustinus, eſſe amorem
Dei: vnde subnecdit Sanctus Do-
ctor, & reuerberati infirmitatem afpe-
ctus mei, radians in me vehementer, &
contremui amore, & horrore, & inueni
longè me eſſe à te, in regione diſsimili-

L. 7. con-
ſilio.
¶

dinis, tanquam audiarem vocem tuam de excelso, cibis sum grandium cresce, & manducabis me, nec tu me in te mutabis, sicut cibum carnis tuae, sed tu mutaberis in me & dixi numquid nihil est veritas, quoniam, neque per finita, neque per infinita locorum spatia diffusa est? & clamaasti de longinquuo, imo vero, ego sum, quis sum; & audiui, sicut auditur in corde, & non erat prorsus unde dubitarem, faciliusque dubitarem vivere me quam non esse veritatem, quae per ea quae facta sunt intellecta conspicitur. Sed ut docet alibi, qui potest intelligat & qui non potest a te petat, ut quid mihi molestus est, quasi ego illuminationem ullum hominem venientem in hunc mundum.

Hoc docuit Augustinus iam ab initio suæ conuersionis: neque prudenter cuiusquam sit prudens alius, aut fortis fortitudine, aut temperans temperantia, aut iustus iustitia alterius hominis quisquam efficiunt; sed coaptando animum illis incommutabilibus regulis, luminibusque virtutum, quae incorruptibiliter viuunt in ipsa veritate, sapientiaque

L. 13. con-
fessio.

L. 2. de li-
bero ar-
bitrio. n. 52

E 2

68 PHILOSOPHIA MORALIS
communi, quibus & ille coaptari & fer-
cere animum, quem ipsis virtutibus præ-
ditum sibi ad imitandum proposuit. Vo-
luntas ergo adherens communis atque in-
communabili bono, impetrat prima, &
magna hominis bona, cum ipsa sit medium
quoddam bonum; voluntas autem auersa
ab incommutabili & communi bono, &
conuersa ad proprium bonum, aut ad ex-
terioris aut auferius, peccat; ad proprium
conservetur cum sua potestatis vult esse,
ad extertus cum aliorum propria vel quo-
cumque ad se non perirent cognoscere
studeat; ad inferius, cum voluptatem cor-
poris diligit; atque ita homo superbus &
curiosus & lascivus effectus, excipiunt ab
alia vita quæ in comparatione superioris
vitæ mors est. De illis regulis incom-
mutabilibus quas sequendo boni su-
mus, multa dicit in eodem opere.
Quocirca (inquit) licet nunc animad-
uerte & considerare, utrum sit aliud
male facere quam neglegētiis rebus aeternis,
quibus per se ipsam mens fruietur, & per-
seipsum percipit & quas amans amittere
non potest, temporalia, & quæ per corpus

hominis partem vilissimam sentiuntur,
& nunquam certa esse possunt, quasi
magna, & miranda sectari; & alibi,
satis enim est quod istas tanquam regulas
& quædam lamina virtutum, & vera,
& incommutabiles, sine singula, sive om-
nia communiter adesse ad contemplandum
eis, qui hæc valent sua quisque ratione ac
mente conspicere, pariter in eum vides,
certissimumque esse concedis. Et in con-
fessionum libris, ubi ergo inneni te,
nisi in te, supra me, & nusquam locus
& recedimus, & accedimus, & nus-
quam locus, ubique veritas, præsides
omnibus consulentiibus te, simulque res-
pondes omnibus etiam diversa consulen-
tibus ec, liquide tu respondes, sed non li-
quide omnes audiunt. Quod si volumus
omnia Augustini loca quibus haec ve-
ritas stabilitur coaceruare, ubi finis?

Quod autem actio bona omnis
fiat ex amore iustitiae aut veritatis,
& quod amor ille sit à Deo passim
docet Sanctus Doctor, adeo ut dif-
ficilis sit delectus, sed potissimum
in libro de spiritu & littera, neque

L. 10. con-
fessio.

C. 26

E 3

L. de sp.
& litt. c. 3.

liberum arbitrium quidquam nisi ad peccandum valet, si lateat veritatis via; cum id quod agendum, & quo nescendum est cœperit non latere, nisi etiam delectet, & ametur, non agitur, non suscipitur, non bene visitatur, ut autem diligatur charitas Dei diffundatur in cordibus nostris, non per arbitrium liberum, quod surgeat ex nobis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis: & clarissim in eodem libro, liberum ergo arbitrium evacuamus per gratiam? absit, sed magis liberum arbitrium statuimus, sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam, non evanescatur, sed statuitur. Per legem cognitio peccati, per fidem imperatio gratiae contra peccatum; per gratiam, sanatio anime a virio peccati, per animam sanitatem, libertas arbitrij; per liberum arbitrium, iustitiae dilectione; per iustitiae dilectionem legis operatio. Omnia hec que velut catenam connexui, habent voces suas in scripturis sanctis; lex dicit non concupisces; fides dicit, sana animam meam quoniam peccauisti, gratia dicit ecce sanus factus es, iam noli pec-

c. 29.

care, ne quid tibi deterius contingat; sanitas dicit, Domine Deus meus clamavi ad te, et sanasti me, liberum arbitrium dicit; voluntarie sacrificabo tibi, dilectio iustitiae dicit, narrauerunt mihi iniusti delectationes suas, sed non ut lex tua Domine. Sed omnem dubitandi occasionem præscindit, ubi scribit in Epistolam ad Galatas, non video quomodo dicere homo sub lege possum condelector legi Dei, secundum interiorem honestatem, cum ipsa delectatio boni, qua etiam non consentit ad malum, non timore paenæ, sed amore iustitiae, non nisi gratie deputanda sit; & alibi, ista condelectatio legi Dei, secundum interiorem hominem, de magna nobis venit gratia Dei, in eâ quippe, interior homo noster renouatur de die in diem, cum in eâ proficit perseveranter, non enim timor est torquens, sed amor libens; ibi sumus veraciter liberi, ubi non delectamur iniusti. Hinc sæpe tradit gratiam nihil esse quam delectationem vel suavitatem, quam iustitiam diligimus; unde in quodam sermone, quando libet tuam iustitiam, potes timere paenit, non

L 1. c. 30.
de nuptijs
ge con-
cupi.

E 4

72 PHILOSOPHIA MORALIS
amare iustitiam ; ergo fratres mei habet de-
licias suas iniustas, & iustitia non habet
delectat malum & non delectat bonum &
delectat omnino , sed Dominus dabit sua-
mitatem , & terra nostra dabit fructum
suum. Ille nisi prior det suauitatem ,
terra nostra non habebit nisi sterilitatem.
Tolle te , tolle inquam te à te ; impedit te ,
si tu te adficas , ruinam adficas , & in
alio sermonc , si timore gehenna non
facis malum , est quidem in te fides , quia
credis futurum iudicium Dei esse , gau-
deo fidei tue , sed adhuc timeo malitiae
tua : alind est tunere pœnam , aliud amare
iustitiam si enim amas videre Deum
tuum , si in hac peregrinatione illo amore
suspiras ; ecce probat te Dominus Deus
tuus , quasi dicat tibi , ecce fac quod vis ;
imple cupiditates tuas , extende nequi-
tiam tuam , dilata luxuriam : quidquid
libuerit , licitum puta , non te hinc punio ,
non te in gehennas mitto : faciem meam
tantum negabo : si expansisti amasti. Hanc
scintillam boni amoris slate in vobis , nu-
trite in vobis ipsa cum creverit , & flammam
dignissimam & amplissimam secerie , om-

nium cupiditatem carnalium scena consumet.

Nec aliud docuit in principio lucæ
conuerzionis. Admonitio autem quæ-
dam que nobiscum agit, ut Deum recor-
demur, ut eum queramus, ut eum pulso
omni fastidio sitiamus, de ipso ad nos fonte
veritatis emanat; hoc ineerioribus lumi-
nibus nostris iubar, sol ille secretus in-
fundit; huius est verum omne quod lo-
quimur, etiam quando adhuc, vel minis
fanis, vel repenic apertis oculis, audacter
conuersti & totum intueri trepidamus.

L. 1. Soli-
loquio.

CAPVT VIII.

*Omnia fieri ex charitate vel cupiditate,
& nullam esse actum indiferentem.*

Illud est in doctrina Augustini
certissimum, omnia fieri ex cha-
ritate, vel ex cupiditate; siquidem
necessè est, ut aliquid amemus: nam
vita cordis amore est, & id circa impossibile
est, ut sine amore sit cor, quod vivere L. 1. Ad-
cupit, hinc sanctus fulgentius, vo-
luntas porro creatura rationalis, sine qua
monimū.

*licumque amore non potest esse , nec sic
potest diligere , ut amorem suum non velie
ad aliquid religare , quod si ita est , ut
ipsa ratio demonstrat , necesse est ut
amor noster figatur in Deo , aut in
creatura : illa est charitas huc cupi-
ditas , regnat carnalis cupiditas ubi non
est Dei charitas ; & alibi , nemo volens
aliquid facit , quod non prius in corde suo
prius dixerit , quod verbum amore con-
cipitur , sine creature , sine creatoris , id est
aut nature mutabilis , aut incommutabilis
veritatis : ergo , aut cupiditate , aut cha-
ritate ; non quod , non si amanda crea-
tura , sed si ad creatorem referatur ille
amor , non iam cupiditas , sed charitas
erit ; tunc enim est cupiditas , cum propter
se amatur creatura , tum non vientem ad-
iuuat , sed corrumpt frumentum.*

Hinc Sanctus Doctor , non semel
docet , nihil prohiberi in lege præter
cupiditatem , nihil iuberi præter
charitatem ; adeo ut sit vna iussio
generalis , diliges , vna prohibitio
communis , non concupisces , forte ,
inquit , generalis prohibitio est , non con-

L. 9. de
Trinitate
c. 7.

L. de per-
fectione
iustitiae.

ēcupides, & generalis inſio, diliges, unde
breuerit cō Apostolus Paulus quodam loco
rtrumque complexus est: prohibito enī
est nolite conformari huic ſeculo; inſio au-
tem, ſed renouarimi in nouitate mentis
veſtræ; illud pertinet ad non concupiſcere;
hoc ad diligere; illud ad continentiam;
hoc ad iſticiam; illud ad declinandū à
malo; hoc ad faciendum bonum; & alibi,
cum dicit lex, non concupiſces, quid vi-
detur aliud imperare, niſi ab illicitis cu-
pidiatibus continentiam? animus quippe
velut pondere, amore fervor quo cumque
fertur: iubemur itaque deerahere de pon-
dere cupiditatis, quod accedat ad pondus
charitatis; donec illud conſumatur; hoc per-
ſiciatur; plenitudo enim legis eſt charitas.

Concinit Augustinus Paulo Apo-
ſtolo, qui docet radicem om̄ium
malorum eſſe cupiditatē, & ple-
nitudinem legis eſſe charitatem; &
qui diligit, legem impleuit; & alia
id genus innumera. Hinc Aug.
Illa ergo poſſibilitas, id eſt facultas
naturalis, ſeu voluntas, non ut iſle
opinatur, Pelagius, vna eademque

Ep. ad hi-
larium.

L. de gra-
tia Christi
c. 10.

76 PHILOSOPHIA MORALIS
radix est bonorum, & malorum, aliud
enim est charitas radix bonorum, aliud
cupiditas, radix malorum, tantumque
inter se differunt, quantum virtus &
vniuersitatem: sed planè illa possibilias viri-
que radicis est capax, quia non solum
homo potest habere charitatem, quia si
arbor bona, sed potest etiam cupiditatem,
quia sit arbor mala.

Ex his conficitur, nullum esse
actum indiferentem: nam bonus
est si fiat ex charitate, malus, si ex
cupiditate. Mirum si voluntas potest
in medio quodam ita consistere, ut nec
bona, nec mala sit; aut enim iustitiam
diligimus & bona est, & si magis dili-
gimus, magis bona, si minus, minus
bona est, aut si omnino non diligimus,
non bona est: si ergo voluntas aut bona est
aut mala, & neque malam non habe-
mus ex Deo, restat ut bonam volunta-
tem habeamus ex Deo.

Deinde necesse est ut alicui ser-
viamus, seruimus rei quam ama-
mus: creatura autem rationalis cum
sit infra Deum, & supra ceteras

creaturas, si in se ipsa ponat ultimum finem, superba est, si ad inferiora se deprimat, carnalis est, si soli Deo se subiiciat, bona est: ergo omnis motus voluntatis, vel bonus est, vel malus: nam sicut cognitio intellectus vera est, aut falla, sic actio voluntatis bona est, aut mala, bona si fiat bono fine, mala si secus; non enim actio humana seu delibera-
tata non potest aliquem finem sibi præstituere, qui Deus erit vel crea-
tura.

Iam ut puto occlusimus exitus & effugia aduersariorum. Respondent, inter charitatem & cupiditatem me-
dium esse quemdam amorem Dei
naturalem, quando scilicet amatur
Deus ut author naturæ, quod in-
quiunt, fieri potest viribus naturæ,
cum enim voluntas intellectum se-
quatur, si sola ratione duce pos-
sumus vt cumque authorem rerum
omnium cognoscere, quidni amare
poterimus: vnde sunt multæ actio-
nes, quæ neque ex charitate, neque

78 PHILOSOPHIA MORALIS
ex cupiditate proficiuntur. Immō
hæc propositio proscripta fuit à sum-
mis Pontificibus, quod amor crea-
turæ rationalis, aut est vitiosa cupi-
ditas aut laudabilis charitas.

Sed hæc distinctio amoris Dei in
naturalem & supernaturalem, vni-
uersam ferè Augustini doctrinam,
aduersus pelagianos euertit, vt iam
ex dictis satis liquet, vnde Sanctus
Doctor, non potest, inquit, Deus amari
nisi de Deo. Et scribens in Julianum.
Hoc totum recte sit quando sit propter
Deum, id est quando gratis amatitur ipse,
qualis amor nobis esse non potest, nisi ex
ipso, & nusquam meminit amoris na-
turalis. Nā vt ait alibi. Si non ex Deo est
charitas, sed ex hominibus, vicerunt pe-
lagiani, si autē ex Deo, viciimus pelagianos.

Vnde Augustinus vult quod ipsa
boni cupiditas, iam sit charitas, quid
est enim boni cupiditas nisi charitas, de
qua Ioannes Apostolus sine ambiguitate
loquitur, dicens charitas ex Deo est, nec
initium eius ex nobis, & perfectio eius ex
Deo; sed si charitas ex Deo, tota nobis ex

ser. 15. de
ver. Apo-
stoli.

L. 5. c. 3.

L. de gr.
& lib. ar.
c. 3.

Deo est. Auertat enim Deus hanc amen-
tiam , vt in donis eius , nos priores facia-
mus , posteriorem ipsum , per charitatem
nihil aliud intelligit , quam amorem
Dei castum ; nec vñquam venit illi
in mentem distinguere amorem Dei
naturalem , à supernaturali : quod
tamen facillimum erat , vt pelagianis
satisfaceret. Cōtendebant pelagiani
Deum amari posse viribus naturæ.
Cur non respondebat Aug. Deum a-
mari posse amore naturali , non su-
pernaturali , sed illa responsio fuisse
inutilis , vt si quis diceret lapidē non
posse moueri sursum nisi à mouente
extrinseco , & responderet alius il-
lud esse verum de motu naturali , non
de motu supernaturali , an illi con-
tradiceret ? vt motus sursum non est
naturalis lapidi , sic motus nostræ vo-
luntatis sursum , quo scilicet Deus
recto corde , & non deorsum in-
curuato diligitur , non est homini
naturalis , sed à Deo impressus ,
non enim moueri potest sursum
nisi atollatur : vnde nec Angelus ,

80 PHILOSOPHIA MORALIS
nec homo, nec quævis alia creatura,
si gratia destituatur potest amare
aliud quam scipsum; quemadmo-
dum partes terræ ad proprium cen-
trum nituntur, ita omnes affectiones
nostræ ad nos ipsos tanquam ad pro-
prium centrum reflectuntur, nisi
gratia viætrice suspendantur, nihil
enim est tam proportionatum, tam
commensuratum nobis ipsis, quam
nos ipsi. *Proximus sum egom et mihi.*

Quid adhuc ranta lucifumus con-
tentioſis offunditur? Clamat Augu-
ſtinus, nos liberum arbitrium ad dili-
gendum Deum primi peccati granditate
perdidisse, & distinguunt amorem Dei
naturalem à supernaturali. Clamat
Augustinus, quod amor Dei, quo per-
uenitur ad Deum non est nisi à Deo Patre,
per Iesum Christum, cum Spiritu Sancto.

Epist. ad
vitalem.

L. 4. con-
tra Iulia.
c. 3.

Per hunc amorem creatoris & homo bene
vivit creaturis sine hoc amore creatoris
nullus quisquam bene vivit creaturis.
Clamat gratiam nihil esse, quam
illam dilectionem, legem quippe di-
uersis locutionum modis, & varietate
verborum.

verborum in omnibus disputationibus suis
volunt intelligi gratiam, ut scilicet à Do-
mino Deo adiutorium cognitionis habe-
mus, quo ea quæ facienda sunt nouerimus,
non inspirationem dilectionis, ut cognitis
sancto amore faciamus, quæ proprie gra-
tia est, & contendunt, sine gratia
Deum amari posse amore casto. Ita
namque ut addit idem Sanctus, illis
tumor ipse aures cordis obstruxit, ut non
audiant, quid enim habes, quod non ac-
cepisti? non audiant, sine me nihil po-
testis facere, non audiant charitas ex
Deo est.

Quarto etiam ab aduersarijs an
amor Dei naturalis sit bonus necne?
si bonus est; non potest à gratia non
proficiisci; nam sine gratia vel cha-
ritate, nihil bene fit: quod forte
vbetius alibi ostendetur. Putane
enim se arbitrij sui viribus implere legem L. 3. ad
iubentem, & ista implicati superbiū, ad Bonifac.
gratiam non conuertantur iuuentem. Sic
eos littera occidit, aut aperte etiam sibi
reos, non faciendo quod præcipit, aut pu-
tando se facere, quod spirituali quæ ex Deo

L. 4. ad
Bonifac.

c. 5.

F

32 PHILOSOPHIA MORALIS
est, non faciunt charitate: ita remanente
aut aperiè iniqui, aut fallaciter iusti, in
aperiè iniquitate evidenter elisi, in fal-
laci iustitia insipienter elati. Videsne
quod sine charitate nihil bene fit?
quis autem dixerit amorem Dei na-
turalem (si quis sit) non esse bo-
num. Quod si ita est vnde est, nisi
desursum à patre luminum?

Sed ne vllus remaneat dubitandi
locus, nullum esse Dei amorem na-
turalem hinc conficitur, quod sine
spiritu gratiæ non potest dominari,
nisi peccati dilectio. Hinc Aug.
docet, *Spiritu sancto fieri in nobis*, ut
non peccare delectet, ubi libertas est,
sicut præter hunc spiritum peccare delectat.
Quod certe falsum est, si datur ali-
quis amor naturalis Dei castus, &
sincerus. Nullum medium nouit
Apostolus inter prudentiam carnis
& prudentiam spiritus, vnde ergo
prodit ille amor an à prudentiâ car-
nis? ergo erit cupiditas: an à pru-
dentia spiritus? ergo erit charitas.
Hinc Sanctus prosper optime suo

L. de spi-
ritu & lit.
teræ.

magistro succinens.
Ille obscuratis dat cordibus intellectum,
Ille ex iniustis iustos facit: inde amorem
Quo redametur amans, & amor quem
conferit ipse est.
Hunc itaque affectum quo sumunt mortua
vitam,
Quo tenebre fiunt lumen, quo immunda
nitescunt,
Quo stulti sapere incipiunt, & rigide va-
lescunt,
Nemo alij dat, nemo sibi; non litera legis
Nec naturalis sapientia, quæ semel acta
In præcepis, labi nouit, consurgere nescit.
Sed quare non possumus natura-
liter Deo adhærere casto, & sim-
cero amore? an propter concupis-
centiam, quæ nos ad ima deprimit?
an quia amissimus iustitiam origina-
lem, qua Deo subiiciebamur, qua
sublatâ, in amore proprium præ-
cipites corruiimus? an potius pro-
pter sublimitatem & puritatem
Dei; nam Deum possumus amare
amore concupiscentiz, id est amore
ad nos reflexo, non amore puro &

84 PHILOSOPHIA MORALIS
amicitiae definit enim Concilium
aristotelianum quod liberum arbitrium
ita inclinatum, & attenuatum est ut
nullus aut diligere Deum, sicut oportet,
aut credere in Deum, aut operari propter
Deum quod bonum est posse, nisi gratia
eum & misericordia divina praeueniat,
quid est autem diligere Deum sicut
oportet nisi Deum gratis amare:
nam (ut ait Apostolus) quid oremus
sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus
interpellat pro nobis [id est] interpellare
nos facit (inquit Aug.) qua sunt se-
cundum Deum, quod nisi faciat, non ora-
mus nisi secundum istum mundum, ad
explendam concupiscentiam carnis, &
concupiscentiam oculorum, & ambitio-
nem faciei, qua non sunt a patre, sed
ex mundo.

Ut diligamus Deum sicut oportet,
id est gratis, & propter ipsum,
qualis amor non potest esse, nisi ex ipso,
non semper exigitur charitas per-
fecta qua Deus diligitur super om-
nia, sed sufficit charitas imperfecta,
qua diligitur Deus propter ipsum,

quæ vel in magnis peccatoribus
Ipc reperitur, & quia Michael
Baijus, vel quisquis alius, non di-
stinguebat duplēm charitatem,
bene proscriptus est ille articulus,
quod omnis actio sit vel ex laudabili
charitate, id est perfecta, vel ex
vitiosâ cupiditate: nam hinc seque-
retur actiones omnes hominis fide-
lis, qui est in peccato mortali, esse
peccata, qui error hæreticorum
est, & damnatus in Concilio Tri-
dentino.

Quod verò Baijus' non distin-
gueret charitatem imperfectam seu
excitantem, à charitate perfectâ,
manifestum est ex propositione 59.
damnata: illa distinctio duplicitis iustitia,
alterius, que sit per spiritum charitatis
inhabitantem, alterius que sit ex inspi-
ratione quidem Spiritus sancti ad pœni-
tentiam excitantis, sed nondum inha-
bitantis &c. similiter reūcitur.

Quod autem distinguenda sit cha-
ritas perfecta, ab imperfectâ multis
in locis docet Aug. Fatendum est quod

Epi. ad
Sixtum.

Sessione 6:
Canone 7.

86 PHILOSOPHIA MORALIS
aliter adiuuat, Spiritus sanctus nondum
inhabitans, aliter inhabitans, & idem
docet Concilium Tridentin*i*. Hinc
Aug. Charitas ergo inchoata, inchoata

L de na-
tura &
gratia.

I. de gra-
tia & lib.
arbitrio c.
17.

institia est, charitas prouecta, prouecta
institia est, charitas magna, magna in-
stitia est; sed charitas de corde puro, &
conscientia bona, & fide non ficta. Ipsa
est enim gratia Dei per Iesum Christum
Dominum nostrum; & alibi, qui ergo
vult facere Dei mandatum, & non potest,
iam quidem habet voluntatem bonam,

sed adhuc parvam & inualidam: poteris
autem cum magnam habuerit & robu-
stam. Sed ut ait alio in loco, quid est
aliud bona voluntas quam charitas, vnde
subdit, & quis istam, & si parvam dare
experat charitatem (loquitur de Petro
Apostolo) nisi ille qui preparat volun-
tam, & cooperando perfici, quod ope-
rando incipit; quoniam ipse ut velimus
operatur incipiens, qui voluntibus coope-
ratur perficiens.

Non negamus etiam Deum per-
fectius amari ut authorem gratiae
quam ut authorem naturae, quamuis

neuter amor sit ex nobis sed ex Deo:
 & ita alius articulus ab ijsdem sum-
 mis Pontificibus bene est proscri-
 ptus quod *distinctio illa amoris naturalis*
videlicet quo Deus amat ut auctor na-
turae & gratuiti quo Deus amat ut bea-
sificator est, vana est excommentitia ad
 illudendum sacris litteris & plurimis ve-
 terum testimonij excogitata.

Fatetur duplēcēm esse amorem
 Dei, naturalem vnum, supernatu-
 ralem alterum: sed ille est amor con-
 cupiscentiæ, hic amicitiæ: ille ad
 nos reterquetur, hic in Deo haret,
 & ita illa propositio damnata est,
 vt iacet: non in sensu authoris. Cui
 hæc responsio non placet, aliam sug-
 geret Gabriel Vasquez, qui testatur,
 quod in illo articulo nihil agitur de materia
 propositionis, quod spectat ad duplēcem
 amorens, sed quod attinet ad nimis austeri
 & seueri indicij libertatem, quā perstringit
 author ille doctores, qui p̄dicit à distin-
 ctione ritebantur. & hanc explicationē
 se accepisse à Cardinali Toletō testa-
 tur, qui Bullā Louanij promulgauit.

F 4

1. 2. disp.
 195. cap.
 4.

Vanum porro est quod identidem nobis opponunt: nempe voluntatem posse Deum amare naturaliter, quandoquidem intellectus potest illum cognoscere solis naturæ viribus: hoc enim est caput heresios Pelagianæ, sufficere cognitionem, sive illustrationem intellectus ad bene agendum, quod iam supra ubi agebatur de lege satis confutatum est, & nunc ex Concilio Milcuitano demonstrandum, non satis esse intellectum illustrari, nisi & voluntas accendatur. *Quisquis duxerit, eamdem gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantum nos adiuuare, ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere quid emitare debeamus, non autem per illam nobis prestari ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit.* Cum enim dicat Apostolus, scientia inflat charicas adficiat, valde impium est, ut credamus ad eamque inflat nos habere gratiam Christi,

ad eam que adificat non habere, cum sit
verumque donum Dei, & scire quid fa-
cere debeamus, & diligere quid faciamus,
ut adificante charitate scientia non possit
inflare: sicut autem de Deo scriptum est,
qui docet hominem scientiam, ita etiam
scriptum est charitas ex Deo est.

Cum igitur voluntas non amat na-
turaliter quod intellectus cognoscit
naturaliter? scilicet propter concu-
piscentiam que instar ponderis vo-
luntatem deorsum trahit; unde non
potest voluntas sursum ferri nisi
pondere charitatis subleuetur: adde
quod intellectus trahit ad se res, &
ita in seipso qualescumque rerum
imagines formar, sic ex creaturis
potest aliquam Dei imaginem ad-
umbrare; sed voluntas trahitur ob
obiectis, ergo indiget auxilio super-
naturali ut trahatur a Deo & in illo
quiescat puro & casto amore, non
enim potest naturaliter Deus amari
irreflexa ad nos ipsos acie sed hæc
est mutatio dexteræ excessi.

Cæteras obiectiones facile est di-

90 PHILOSOPHIA MORALIS
luere, quibus conantur probare dati
actiones indifferentes, qualis est de-
ambulatio. Respondemus enim,
quod illæ actiones sunt indifferentes
in sua specie, id est ex obiecto, non
autem esse indifferentes, in indi-
viduo, quia cum actu exeruntur,
vel fiunt propter bonum finem,
vel non.

Instant nulla est species quæ non
habeat aliquod individuum, sed
datur aliqua actio in sua specie in-
diferens, ergò dabitur in individuo
actio indifferentis.

Respondre, quod actus dicitur
ex sua specie indifferentis, quando
habetur tantum ratio obiecti, tum
etiam dicitur indifferentis negari, e-
sicut homo ex se neque est albus,
neque niger sed sicut in individuo
nullus est homo, qui non sit vel al-
bus, vel niger, vel aliquo colore
tinctus; sic omnis actio humana, id
est deliberata in particulari facta,
vel habet bonum finem, vel non:
vnde respondemus quod omnis spe-

CHRISTIANA. 91
cies positiva habet aliquod sub se
individuum , non item species ne-
gativa , quod si ut ait veritas ipsa ,
de verbis orationis reddemus ratio-
nem ; quod si ut mox ostendemus
tenemur actiones nostras ad Deum
referre , nullus ut puto remanet a-
ctibus nostris indifferentiæ locus.

CAPVT IX.

*De actibus & virtutibus infidelium ,
& virum teneamus actiones nostras
ad Deum referre.*

AVgustini catena de probitate ,
& malitia actionum humana-
rum , hac questione tanquam ex-
tremo annulo clauditur , in qua non
nulli non minori iustitia , quam te-
meritate affirmarunt Augustinum
Juliano succubuisse. Quare nobis
controversiæ status paulo fusiori
stylo exponentius est. Dixerat ali-
quando Augustinus. *Cum virtus sit*

L. 1. de
nuptijs &
concupis.

pudicitia, cui vitium contrarium est impudicitia, omnesque virtentes etiam, que per corpus operantur in animo habent, quomodo vera ratione pudicum corpus assertur, quando a vero Deo ipse anima fornicatur, & ex illo Apostoli loco probauerat virtutes infidelium non esse veras, quia omne quod non est ex fide peccatum est. Contendebat Julianus virtes fuisse virtutes infidelium, eosque multas excusisse bonas actiones, quamvis essent steriles, & in fructuosa, nec quicquam prodecesserent ad vitam eternam, cunctarum (inquietabat) origo virtutum, in rationabili

L. 4. con-
tra Iulia.
c. 3.

animo sua est, & affectus omnes per quos aut fructuose, aut steriliter boni sumus, in subiecto sunt mentis nostra, prudencia, iustitia, temperantia, fortitudo. Nec nominis sui igitur possunt nec generis sustinere dissendum, sed solius quod appetuerunt premij, aut amplitudine distractur aut exultate frustrantur. Nec aliud ut opinor respondent quidam retentiores, qui volunt actiones infidelium multas fuisse moraliter bo-

nas quamvis faccantur non fuisse
meritorias, hoc ipsum est quod ait
Iulianus fuisse steriliter bonas: sed
videamus quomodo refellatur ab
Augustino cuius argumenta in cer-
tum ordinem sunt digerenda.

Primo contendit Augustinus, nul-
lam actionem esse bonam, quæ in
Deum non refundatur, quæ ex fide
non profisciscatur, id que auctoritate
Apostoli, qui docet scribens ad Ro-
manos, *omne quod non est ex fide pec-
catum esse*, quem locum exponebat
Iulianus, ut omne quod esset contra
conscientiam peccatum esset; cui
Aug. *Testimonium illud quod ex Apostolo
posui, omne quod non est fide peccatum est.*
Sicut tibi visum est accepisti, & exposuisti,
non ut sapit, sed ut sapis, de cibis enim
Apostolus loquebatur, verum cum dixisset:
qui autem discernit si manducauerit, dam-
natus est, quia non ex fide, hanc peccati
spiriens de qua agebat, generali voluie
probare sententiâ; mox inferens, omne
enim quod non est ex fide peccatum est.

. Addit alium locum Apostoli Epi-

94 PHILOSOPHIA MORALIS
stolæ ad Hebræos, vbi ait, quod sine
fide impossibile est placere Deo, cui me-
rito subnegetur Sanctus prosper quod
qui Deo non placet, cui nisi sibi & Diabolo
placeat?

Ratio huius doctrinæ est quod fi-
des est tanquam oculus, qui dirigit
intentionem. Hinc Aug. Intellige
quod ait Dominus, si oculus tuus nequam
est, totum corpus tenebrosum erit, si autem
oculus tuus simplex est, totum corpus tuum
lucidum erit, & hunc oculum agnosce
intentionem qua facit quisque quod facit,
& per hoc discere eum qui non facit opera
bona intentione fidei bona, hoc est eius que
per dilectionem operatur, totum quasi cor-
pus, quod illis, velut membris, operibus
constat tenebrosum esse, hoc est plenum
nigredine peccatorum. Hinc prosper
sententiam ex Augustino colligit,
totam vitam infidelium esse peccatum; &
alibi docet, quod sapientia infideliū est
polluta, non spiritualis, sed animalis, non
cœlestis, sed terrena, non christiana, sed
diabolica, quod enim inquit illuminatum
est vero lumine, lamen est, quod codem

*lumen nox est, & carmine de
ingratis.*

*Omnis enim probiorum opus, nisi semine
vera*

*Exoritur fidei, peccatum est, inque
reatum*

*Veritur, & sterilis cumulari fibi gloria
paenam.*

Nemo ut puto inficiari potest si-
dem necessariam esse ad bene ope-
randum, ne idolum pro vero Deo
colamus, non enim est bonus fructus:
ut ait Augustinus, qui de charitatis ra-
dice non surgit, sed Deum non possu-
mus diligere sine fide, quomodo
enim, inquit Apostolus, invocabunt
in quem non crediderunt?

Secundo probat Aug. nullam esse
bonam actionem quæ in Deum non
referatur, nullam esse veram virtu-
tem quæ Deo non seruiat. Noueris
itaque non officijs, sed finibus, à virtutis
discernendas esse virtutes, officium est
autem quod faciendum est, finis vero pro-
pter quod faciendum est: cum itaque facie
homo aliquid, ubi peccare non videatur,

Ibidem;

96 PHILOSOPHIA MORALIS
si non propter hoc facit propter quod facere
debet, peccare coniunctur. Quod fusc
demonstrat codem in loco, si quidem
(inquit) manus abstinere ab alieno, si
officium cogites potest videri esse iustitiae,
sed cum queritur quare fiat, & respon-
detur ne plus pecuniae libribus pereat, quo-
modo iam hoc factum vera poterit esse in-
stitiae, cum serviat avaritiae. Sed forte
satis erit, si propter honestatem
quamdam moralem, bonum ope-
remur aut propter ipsam virtutem.
Absit, inquit idem Doctor, ut vir-
tutes verae cuicunque serviant, nisi illi vel
propter illum cui dicimus, Deus virtutum
converte nos. Quae autem nulli rei servire
volunt, nec ipsa vera sunt virtutes, vera
quippe virtutes Deo servient in hominibus,
a quo donantur hominibus.

Ibidem.

Fors est, ut nullum sit praeceptum
quo teneamur, omnes actiones ad
Deum referre, sed audiamus Aug.
Quidquid autem boni sit ab homine, &
*non propter hoc sit, propter quod fieri de-
bere, vera sapientia præcipit, & si officio
videatur bonum, ipso non recto fine pec-
catum*

catum est, possunt ergo aliqua bona fieri non bene ab infidelibus. An dicet aliquis, quod actiones infidelium sunt peccata, cum agunt in quantum sunt infideles? verbi gratia quando adorabant idola tunc peccabant, quod si nihil aliud voluit docere Augustinus, frustra cum Juliano contendebat, hoc enim Julianus non inficiabatur, sed in hoc questionis cardo vertebatur, utrum omnia opera infidelium essent peccata, & utrum veras habuerint virtutes. Statum enim questionis sic proponit Aug. *Quid ergo dicemus quando & in quibusdam impys inuenitur pudicitia coniugalis, virum eo peccare dicendi sint quod dono Dei male videntur, non id referentes ad cultum eius a quo acceperunt:* videlicet quod eo ipso peccabant quod non referebant bonum opus ad suum authorem. Vnde non est tantum Consilium, sed etiam præceptum quo tenemur actiones nostras in Deum resundere, si enim esset Consilium duntaxat, illius o-

L. 1. de
nuptijs &
concup.

c. 3.

G

Si gentilis, inquietabat, Inianus, nudum operuerit, periclitantem libera-
uet, agri vulnera foverit, diuinas ho-
nestas amicitiae impenderit, ad testimonium
falsum nec tormentis potuerit impelli,
numquid quia non est ex fide peccatum est?
Quid responderet Aug. Prorsus, in
quantum non est ex fide peccatum est, non
quia per se ipsum factum, quod est nudum
operire peccatum est, sed de tali opere non
in Domino gloriari, solus impius negat esse
peccatum. Addit, quero abs te, virum
hac opera bona, bene faciat, an male?
si enim quamvis bona, male tamen facit,
negare non potes eum peccare, qui male
quodlibet facit; sed quia non vis cum facit
ista peccare, profecto dicturus es Et bona
facit & bene, fructus ergo bonos facit ar-
bor mala, quod fieri non posse veritas di-
cit, noli precipitare sententiam, diligenter
considera, quid te respondere conueniat:
an dicas hominem infidelem arborem bo-
nam? placet ergo Deo, neque enim bono
potest non placere quod bonum est. Et ubi
erit, quod scriptum est, sine fide impos-

sibile est placere Deo & an respondebis, non in quantum infidelis es, sed in quantum homo es, arbor bona es i de quo ergo Dominus ait, non potest arbor mala bonos fructus facere?

Sed inquiunt virtutes infidelium fuerunt imperfectæ, quia erant duntaxat virtutes morales, non insufflæ, sed acquisitæ, & actiones quædam erant bonaæ moraliter, quia habebant finem honestum, non autem erant meritariaæ, quia non siebant ex charitate:

Quid aliud amabo respondebat Julianus : Quia propter (inquit Aug.) dici non potest, quantum te fallat ista opinio qua dixisti omnes virtutes affectus esse, per quos aut fructuose, aut steriliter boni sumus, sicer autem non potest, ut steriliter boni sumus, sed bonum non sumus, quidquid steriliter sumus; arbor enim bona, bonos fructus facit, absit autem ut Dens bonus à quo securis paratur arboribus non facientibus fructum bonum, excidat, & in ignem mittat arbores bonas.

Actio siquidem ex officio & fine,

G 2

Ibidem.

100 PHILOSOPHIA MORALIS
tanquam ex corpore & anima con-
stat: quod si to lum officium sit bo-
num, non item finis, est tanquam
corpus anima destitutum, neque sa-
tis est, ut obiectum sit referibile in
Deum, alioquin nullum est fere
vitium quod virtutis nomine non
possit donari: vnde cum dixisset Lu-
lianu s, virtutes, nec sui nominis, nec
generis sustinere dispendum, sed solius
quod appetuerunt premij, aut amplitu-
dine ditari, aut exultate frustrari. Sic
cum excipit Aug. Ilac ubi didiceris
nescio: iam tamen cernis, vt arbitror,
consequens esse, vt vera sit virtus, au-
arorum prudentia, quâ exigitant genera
lucellorum, & thesaurorum, infirmitas, quâ
grauiorum daminorum metu facilius sua
nonnunquam contemnunt, quam usur-
pant aliquid alienum, & auarorum tem-
perantia, qua luxuria, quoniam sum-
ptuosa est, cohobet appetitum, soloque ne-
cessario vietu regumentoque contenti sunt,
& auaroru m fortundo, qua ut ait Horatius.

Per mare pauperiem fugiunt, per
saxa, per ignes.

Quod si satis est ut obiectum referri possit in Deum , quid obstat quominus avaritia sit virtus ? quandoquidem illius obiectum est in Deum referibile , & ut ait Aug. Nec aliud erit quam vera iustitia Catilinæ , comprehendere multos amicitia , tueri obsequio. Quis hæc sapiat nisi desipiat ? sed videlicet homo eruditus eorum vitiorum veresimilitudine falleris quæ finitima videntur & propinquæ virtutibus , cum absente ab eis quam longe absunt à virtutibus virtutia.

Quod si negas omnes infidelium actiones esse peccata ; negi etiam consentire concupiscentia esse peccatum , nega frui creatura id est illam amare propter ipsam esse peccatum , nega actionem quæ non fit amore iustitiae esse malum , nega omnem actionem esse ex charitate vel cupiditate , dic liberum arbitrium ad bonum sufficere , etiam si non adiuuet ab omnipotenti bono , cuius contrarium sequenti tractatu euincemus , dic bonos fructus de malis

Diluuntur objectiones.

Sed quid dicti sunt nisi vana? Quid opponent quod non occupauerit Augustinus? an eadem cum Cœlestio, & Pelagio obijcent, nimis, quod nulla ratio, vel iustitia patitur saltiem dici peccatum, quod vitari nullo modo potest, quod si est aliquid peccatum, quod vitari non posse quomodo iustus Deus dicitur, si imputare cuiquam creditur quod vitari non posse: & alia id genus, que apud Augustinum Cœlestius opponit. Querendum est inquit, per quid efficitur homo cum peccato, per naturæ necessitatem, an per arbitrij libertatem? si per naturæ necessitatem culpa caret? si per arbitrij libertatem? querendum est, à quo acceperit ipsam arbitrij libertatem; procul dubio à Deo, Deus autem quod dedit, certe bonum est, qua igitur ratione bonum probatur, si magis ad

malum quam ad bonum primum est, quibus occurrit Augustinus.

Respondemus vitari posse peccatum, si natura visata sanetur gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, in tantum enī sana non est, in quantum id quod faciendum est, aut cæcitate non videt, aut infirmitate non implet; & infra, respondetur per arbitrij libertatem factum, ut esset homo cum peccato, sed iam penalis virtus subsequitur, ex libertate fecit necessitatem: unde ad Deum fides clamat de necessitatibus meis educ me, ipsa enim sanitas est vera libertas, quæ non periret si bona permanisset voluntas, quia vero peccauit voluntas secuta est peccantem, peccatum habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas. Peccatum est autem, cum vel non est charitas, quæ esse debet, vel minor est, quam debet, siue hoc voluntate vitari posse, siue non posse, quia si potest, praesens voluntas hoc facit, si autem non potest, præterita voluntas hoc fecit, & tamen vitari potest, non quando voluntas superba laudatur sed quando humilis adiuuat:

L. de per-
fectione
iusticie.

Vno verbo vitare possunt peccatum infideles, in particulari verbi gratia possunt non committere homicidium, sed non in communi, quia vnam cupiditatem, non nisi alia cupiditate vincunt, manet igitur semper indifferentia exercitijs, & possunt implete præcepta, non modo negatiua, sed etiam affirmatiua, quoad substantiam præcepti ut honnore parentes, sed non habent indifferentiam contrarietatis, nec bonum bene possunt agere quoisque eorum libertetur arbitrium. Nam ita debilitatum est liberum arbitrium, ut non possit amplius proprijs viribus consurgere quemadmodum ait Sanctus prosper qui docet infidelium.

— Arbitrium nunquam consurgere posse,
Inque nonos lapsus semper nitendo reuolui.

Opponebat etiam Julianus illum Apostoli locum, ubi ait quod gentes legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. & offendunt opus legis scriptum in cordibus suis, quem locum solet Augusti. ex-

Epist. ad
Roma.
c. 2.

ponere de gentibus conuersis, & ideoque dicuntur, sine lege naturaliter quae legis sunt facere, quia ex gentibus veniunt ad Evangelium, non ex circumcisione, cui lex data est, & propterea naturaliter, quia ut crederent ipsa in eis est per gratiam correcta natura, quod vero sine fide iustitia nulla sit subinde docet. Aut si fidem (inquit) non habent Christi, prosector nec iusti sunt, nec Deo placent, cum sine fide placere impossibile sit. Hoc tamen peccantes quod homines sine fide non ad eum finem ista opera retulerunt ad quem referre debuerunt, minus enim Fabricius, quam Carolina punietur, non quia ille bonus, sed quia ille magis malus non veras virtutes habendo, sed a veris virtutibus non plurimum deniando; erunt ergo inquis in damnatione sempiterna in quibus erat vera iustitia: ô vocem impudentia maiore præcipitem, non erat inquam in eis vera iustitia quia non actibus sed finibus pensantur officia.

Eundem locum de gentibus conuersis, & de non conuersis explicat Aug. libro de spiritu & littera, cu-

L. 4. contra Iulia.
c. 3.

ius autoritatem nobis opponunt
aduersarij, quasi sibi ipsi fuerit con-
trarius, quedam tamen inquit facta vel
legimus, vel nouimus, vel audimus que
secundum iustitiae regulam, non solum
vituperare non possumus, verum etiam
merito recteque laudamus: quanquam si
discutiatur quo sine fiant, vix iniungiuntur
qua iustitiae debitam laudem deffensionem
ve mereantur: ergo inquiunt aduer-
sarii aliqua exerunt opera bona in-
fidiles qua iustitiae debitam laudem
mereantur.

Sed hinc non possunt aliud colli-
gere quam bona quedam officia,
sive bonas actiones ex obiecto, imo
addam, & ex fine proximo, infi-
deles exeruisse, sed quia errauerunt
circa ultimum finem, tanquam cir-
ca primum vitæ humanæ princi-
pium, non mitum est, si de fonte ve-
nenato nullam potuerint aquam pu-
ram haurire, nullam bonam & per-
fectam actionem exerere, itaque ut
ait Aug. Non valde attendas, quid
homo faciat, sed quid cum faciat,

quo lacertos opima gubernationis dirigat,
fac enim hominem optime gubernare na-
uem, & perdidisse quo tendit, nonne iste
quanto sibi videtur in nani gubernandâ
agilior, & efficacior, tanto periculosis
eam sic gubernat, ut eam ad nanfragium
sic properando perducat. Ea enim opera
qua e dicuntur ante fidem quamvis videan-
tur hominibus laudabilia inania sunt, ita
mibi videntur esse vt magne veres, &
cursus celerrimus præter viam, ubi fides
non erat, bonum opus non erat.

Nihil ut arbitror doctrinæ Augu-
stini dixerim contrarium, si fatear
omnia opera infidelium non esse
peccata, quandoquidem nonnulla
quamvis paucissima habuerunt bo-
num obiectum & bonum finem pro-
ximum, sed tamen peccabant infi-
deles quia illa opera non referebant
ad Deum: nam ut docet Diuus Thos-
mas non tantum est Consilium, sed Qu. disp.
de char.
præceptum ut omnes actiones no-
stras ad Deum referamus, non actu
sed virtute & vt exemplo Angelici
doctoris utas, cum pharmacopola

108 PHILOSOPHIA MORALIS
herbas colligit, vel medicinam praeparat, ut aegrotum sanet, non semper actu cogitat de sanando aegro, sed tamen quidquid agit, eò virtute refert: sic non necesse est ut semper actu referamus actiones nostras in Deum sed sufficit intentio virtualis: neque etiam dicimus esse peccatum mortale cum actio non refertur ad Deum nisi quando magis amamus creaturā quam creatorem, nec enim violatio pracepti est peccatum mortali, nisi in graui materia, & peccatum mortiferum est cum finis ultimus hominis & habitualis est in creatura, non verò cum finis duntaxat actionis hæret in creaturā, cum scilicet amat creatura propter seipsam, nam ut potest amari Deus propter seipsum, & nondum super omnia, cum non præcipue dominatur affectui nostro; sic & creatura propter seipsam amari potest, adeò ut finis illius amoris hæreat in creatura, quamvis non super omnia diligatur, ut peccator potest per charitatem

actualiter, & excitantem Deum diligere , amore casto , & sincero , sic iustus potest per cupiditatem (venialiter peccando) amare creaturam propter seipsum , irreflexa ad Deum acie.

Quid igitur mali est in actione infidelis , cuius obiectum bonum est , immo & finis proximus bonus ? idem (ut puto) serendum est iudicium de tali actione , ac de timore poenae , nam timor poenae bonus est , sed qui nihil aliud quam penam timet peccat , quia non amat iustitiam ; sic quaedam actiones sunt bona sed qui eas non refundit in suum authorem reus est , unde sicut disformitas non est in timore poenae sed in timente , sic prauitas vel macula peccati , non est in opere quod bonum habet finem proximum , & bonum obiectum , sed in agente , & ita conciliari possunt contraria sententiae & facile potest explicari Divus Thomas quando negat omnia opera infidelium esse peccata : nihil enim aliud docet

110 PHILOSOPHIA MORALIS

Diuus Thomas quam naturam humana peccato originali, non fuisse penitus depravatam, ad o ut non remanserint aliqua bona, quod etiam passim docet Augustinus: Non usque

L. de sp. adeo (inquit) in anima humana imago & lnt. c. Dei terrenorum affectuum labe derivata est, 27. vt nulla in ea velut extrema lineamenta remanserint, unde merito dici possit etiam in ipsa impietate vita sua, sacre aliqua legis, vel sapere. Sicut enim non impediret à vita eterna iustum quedam peccata venialia sine quibus hęc vita non ducitur, sic ad salutem eternam nihil profundit impio aliqua bona opera, sine quibus difficultime vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur.

Itaque ne quaquam Sanctus Thomas ab Augustini doctrina abhorret, docet enim multa opera bona excusse infideles scilicet ex officio sive ex obiecto quod nos non inficiamur, sed ut ait idem Doctor, sine charitate potest quidem esse aliquis actus bonus ex suo genere, non tamen perfecte bonus, quia de eis ordinatio debita ad finem ultimum;

2. 2. qu.
23. a. 7.

& infra, non potest esse simpliciter vera
iustitia, aut reia castitas, si de se ordina-
ta debita ad finem, quae est per charitatem.
Non poterat clariss loqui.

Dixit aliquis quod præceptum
omnia in Deum referendi tantum
est fidelibus datum non infidelibus.
Imo inquam omnibus illud præce-
ptum impositum est: cum enim lex
aeterna sive ratio diuina ordinem na-
turalēm conseruari iubeat, & per-
turbari vetet, quemadmodum docet
Aug. homo autem sit infra Deum,
& superior ceteris creaturis, natu-
rali ordini consentaneum videtur,
ut quidquid homo agit, in Deum
tanquam in centrum refundat; ut
omnia flumina ex mari exeunt, &
in mare redeant; sic omnia bona
cum à Deo profiscantur, tanquam
à principio, in Deum referri debent
tanquam in finem: hinc Apostolus
scribens ad Corinthios. Siue man-
ducatis, siue bibitis, siue aliud quid
facitis, omnia in gloriam Dei facite,
idem docet scribens ad Colossenses;

112 PHILOSOPHIA MORALIS
sed ut iam insinuauimus , non exi-
gitur à nobis semper intentio adua-
lis, sufficit enim virtualis, quā prima
actio totius vnius catenæ , à qua cæ-
teræ omnes consequenter quasi re-
ligantur , referatur in Deum , nōtæ
sunt, inquit Aug. voluntates omnes si-
bimet religatae , si bona est quò cum tæ re-
feruntur , si autem prava est , pravae sunt
omnes , & ideo rectarum voluntatum con-
nexio iter est quoddam ascendentium ad
beatitudinem , quod certis velut passibus
agitur.

L. II. de
Trinitate
c. 6.

Quemadmodum pecunia , vel mo-
neta , quæ sui principis notam &
characterem non gerit , non reci-
pitur , sic actio etiam bona , quæ in
Deum non refertur , nullius est pretij
apud Deum : vult enim Deus , ut om-
nia redeant , vnde processerunt : re-
dimus autem in Deum per amorem ,
nam plenitudo legis est charitas , qua
scilicet Deus diligitur ex toto corde
id est voluntate , nam ut cor motus
vitalis , ita voluntas omnium actio-
num principium est , ex tota mente ,
id est

id est intellectu, ex tota anima, & totis viribus, quia appetitus etiam inferior & potentia animæ qua voluntatis imperium excusat, immo & ipsa membra huic amori seruire debent: vnde (ut ait Aug.) Nullam reliquit vita partem, qua vacare debeat, & quasi locum dare, ut aliare frui velies; & omnia sunt referenda in illam Dei dilectionem qua nullum rivulum a se duci extra patitur cuius derivatione minuatur.

Ex his respondere alijs obiectiunculis nobis in proclivi est, & præcipue summorum Pontificum Bullæ, in qua hic articulus damnatur: omnia opera infidelium sunt peccata & virtutes vitia. Præterquam enim respondere possumus hunc articulum inter eos esse numerandum qui proscripti sunt non quia falsi, aut heretici, sed quia offensui: nam in fine Bullæ addunt Pontifices, quod quædam sustineri possunt in rigore & in sensu ab authore intento: sic enim legendum, quanquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent in rigore &

H

114 PHILOSOPHIA MORALIS
proprio verborum sensu ab assertoribus intento. Nam sic habet illius originale quod Louanij conseruatur , Bullam corruerunt qui virgulam interposuerunt. Inter possent & in rigore & particulam tamen addiderunt , quanquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent, in rigore tamen , & proprio verborum sensu ab assertoribus intento , damnamus. Respondeo etiam omnia opera infidelium non fuisse peccata , quia multa erant bona ex officio & fine proximo , addimus quod licet omnia opera infidelium non fuerint peccata , actiones tamen non omni vitio caruerunt , opus enim dicitur secundum se spectatum ut operire nudum ; actio autem quatenus exit ab agente , itaque operite nudum erat bonum opus , sed actio non omnino bona , non vitio actionis sed agentis: neque enim ad suum referatur authorem.

Opponunt etiam nobis Aug. qui eleemosinas Cornelij centurionis , veram appellat iustitiam , & in qua-

CHRISTIANA. 115
dam Epistola refert Polemonem Xe-
nocratis scholam ingressum temu-
lentum, & ab eodem cor�ceptum in
meliorem frugem se se recepisse, &
hoc Aug. Vocat donum Dei, item
alibi dicit quod Romani ceteris
gentibus meliores fuerunt, vnde
imperio orbis terrarum in praeium
donati sunt.

His & alijs facile respondebis si
discernas officium, à fine, officia in-
fidelium sape erant bona, atque
ad eo Dei dona, nam quidquid est
in homine boni, desursum descendit
à patre luminum: hiuc Aug. Ex quo,
inquit, colligitur, etiam ipsa bona opera,
qua faciunt infideles non ipsorum esse, sed
illius qui bene visitur malis; ipsorum au-
tem esse peccata quibus & bona malefa-
ciunt, quia ea non fidelis, sed infidelis,
hoc est stulta & noxia voluntate faciunt.
Sed ita hic immoror quasi istas arbores non
iam tu ipse steriles pronuntiaseras; quo-
modo igitur obsecro, aut non iocaris in his
disputationibus, aut deliras, qui steriliu*m*
*f*ructus arborum laudas; cui consonat

L. 4. c.
lul. c. 3.

H 2

116 PHILOSOPHIA MORALIS
Concilium Arausicanum, nemo habet
de suo, nisi mendacium & peccatum, si
quid autem habet homo veritatis & iu-
stitia, ab illo fonte est, quem debemus si-
tire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis
quibusdam irrorati, non deficiamus. Et
iterum, fortitudinem gentilium mun-
dana cupiditas, fortitudinem Christia-
norum Dei charitas facit.

Quod spectat ad Cornelium, ille
non fuit infidelis sed fidem habuit
saltem imperfectam, & ut ait Aug.
conceptioni similem; unde Missus est
ad eum Petrus, ut per baptismum
nasceretur. Quod autem quidam
aduertunt August. li. 4. contra Iulianum
declarasse se non intelligere
bona opera, nisi quae ad vitam æter-
nam conducunt. Non video quid
nobis obsit, nec enim alia nouimus
bona opera nisi quae Deo placent,
& ad vitam æternam conducunt,
saltem ut dispositiones: quid de Ro-
manis dicendum sit, ex dictis pater,
non fuerunt boni; sed minus mali,
quam cæteræ gentes.

CAPVT X.

*Vnde actiones suam bonitatem repelant:
inxia Diuum Thomam.*

ACtio tum dicitur bona , cum
omni perfectione sua donatur ;
mala cum deficit aliqua perfectio ;
nam ut res quælibet ad suum esse ,
ita se habet ad bonitatem suam ;
quod si nihil desideretur ad perfe-
ctionem sui esse , res bona est , secus ,
mala ; perfectio vero rei cuiusque
consistit tum in illius forma , tum in
accidentibus , quæ formam conse-
quentur , vnde primum & maximum
malum est , cum res deficit à sua
forma , ut si loco hominis generetur
monstrum : secundum malum erit ,
si facultates & instrumenta desint ,
quæ à formâ exiguntur ut si homo
nascatur cæcus : ita cum actio hu-
mana suam formam vel speciem mu-
tuetur ab obiecto , prima illius pra-

H 3

118 PHILOSOPHIA MORALIS
uitas erit , si obiectum habeat ma-
lum ; pura , si tollatur bonum alte-
rius , secunda deformitas erit , si de-
ficiant circumstantiæ , quæ sunt ac-
cidentia , & quasi appendices cu-
jusque actionis , vt si fiat eleemosina ,
quando non deberur , aut cui non
debetur ; actionis igitur humanæ
bonitas pendetum ab obiecto , tum
à circumstantijs .

Non verò ab obiecto secundum
spectato bonitatem suam vel pra-
uitatem sortiuntur actiones huma-
næ ; sic enim nullum est obiectum
malum , quia vel est creator , vel
creatura : ergo ab obiecto cum ra-
tione collato ; nam bonum cuiusque
rei est id quod conuenit naturæ ip-
sius , bonum igitur hominis est quod
conuenit homini quatenus est homo :
natura autem hominis est ratio , quæ
illum ab omnibus alijs discernit ,
ergo obiectum est bonum quando
rationi quadrat :

Res etiam rnaquæque tum in na-
turalibus , tum in moralibus , tum

etiam in artificialibus bona est , & perfecta , cum propriæ regulæ & mensuræ conuenit ; sed regula humanarum actionum duplex est , vna proxima , altera remota , illa est reæta ratio : hæc est lex diuina & æterna ; ergo bonitas actionis non modo à ratione nostra penderet , sed etiam à lege æternâ quæ est regula rationis , & à qua omne lumen nostrum derivatur : nam quod est primum in uno quoque genere est regula cæterorum , & res quæque plus dependet à primâ causâ , quam à secundâ : ergo bonitas actionis humanæ magis pensanda est , ex lege æterna , quam ex ratione nostrâ .

Maioris lucis gratia duplēm actionem distinguamus : interiorem , quæ à voluntate immediate elicitur , & exteriorem quæ imperatur à voluntate , sed ab alijs facultatibus exercetur , qualis est erogatio elemosinæ : obiectum vero voluntatis est finis , ergo actio voluntatis speciem soritur suam à fine , & bona

120 PHILOSOPHIA MORALIS
est, si bono fiat fine; nam omnis
actio speciem suam habet à princi-
pio ex quo proficiscitur ut visio à
visu, sed finis est principium om-
nium actionum: igitur finis specie
largitur omnibus actibus humanis.

Actio verò exterior bonitatem
suam mutuatur à fine, & obiecto,
vel potius à fine; quatenus conlequi-
mūr cum, per tale obiectum: non
enim modo deflectis à fine debito,
cum oppositum finem tibi præstuis,
sed etiam cum per obiectum inde-
bitum, tanquam per inordinatum
trahitemvis peruenire ad finem, vt
si aliquis furetur, quò possit erogare
eleemosinam, vnde s̄pē duplex est
bonitas in actu exteriori, vel duplex
malitia; vt si potio aliqua sit dulcis,
& sanitatem conferat, videtur du-
plici perfectione gaudere, sic quan-
do sit bona actio, & ordinatur in
bonum finem, tum duplice nomine
bona est: quod si sit actio indifferens,
qualis est ambulatio bona est, cum
rectum habet finem, & ita qui fu-

ratur ut fornicetur duplicitis peccati reus est. Bonitas igitur quæ repetitur ab obiecto est quasi naturalis, quæ à fine potius est moralis: vnde non mirum est si eadem actio naturalis, qualis est ambulatio, sit aliquando bona nonnunquam mala; cum vero obiectum refertur ad finem tunc bonitas obiecti continetur sub bonitate finis.

Appendix de statu naturæ puræ.

PHilosophi & Pelagiani nos ut vitij, sic virtutis, ut peccati, sic gratiæ expertes nasci credideunt, hunc statum possibilem esse putant plerique scholastici, sed vel mens fallit; vel ex his quæ hactenus diximus, hunc statum naturæ puræ esse impossibilem, facile demonstrari potest.

Nam omnis creatura rationalis, mouetur per amorem vel sursum, vel deorsum, vel hæret in Deo, vel in creaturâ: ergò vel ex charitate,

122 PHILOSOPHIA MORALIS
vel ex cupiditate : nullum esse amo-
rem Dei naturalem iam euicimus ,
nullum humanis actibus remanere
indifferentia locum probauimus ;
nullum esse opus bonum , quod ex
amore iustitiae non proficitur ,
quod non sit conforme æternæ legi ,
quod non in Deum referatur , ostendim-
us etiam quod lex , vel cognitio
non nisi prædicatores facit , vbi
sanctus non adiuuat spiritus , quod
præter hunc spiritum non nisi pec-
care delat : concupiscentiam esse
malam , non posse citra peccatum ei
consentiri .

Quæ si vera sunt , non video quo-
modo naturæ puræ sic possibilis sta-
tus , qui est (ut ait quidam gratiæ
propugnator acerrimus) tot pertur-
bationibus miserabilis , tot erroribus
cœcus , tot offenditionibus inquietus :
in quo nullus amor , nisi creaturæ ,
nulla libertas arbitrij , nisi noxia ,
nullus actus nisi peruersus , in quo
contra semet ipsam perpetua est lu-
cta creaturæ , quam nec Deus dare ,

nec creatura sedare potest, cui naturalia, & sola sunt desideria peccati, quibus idcirco lege naturæ liceret indulgere: nam bonum est quod naturaliter liber.

Profectò nullum Aug. agnoscit medium, inter statum miseriarum, & beatitudinis, stultitiae & sapientiae, utinam vnum est medium inter formam & priuationem, mortem & vitam, lucem & tenebras, nam ut tenebrescunt aer ista luce desertus, ita tenebrescere animum necesse est, sapientiae luce priuatam, non potuit Deus hominem stultum, miserum creare, nam sub *Deo iusto, nemo miser esse potest, nisi meratur, quod Spiritus sancti oracula confirmant, cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis, ipsum quoque qui non debet puniri condemnare exterum putas à tua virtute, virtus enim tua iustitiae initium est.*

Frustrè confugiunt, ad amorem Dei naturalem, quem supradictum nullum esse cuicimus, vel ad beatitudinem naturalem: nam ut ait Aug. *animarum* L. 12 de Ciu. Dei.

L. 1. ep.
imp.

124 PHILOSOPHIA MORALIS
tionalis in tantâ excellentia creata est ,
ut ipsa quanquam mutabilis inherendo
tamen incommutabili bono , id est summa
Deo beatitudinem consequatur , nec ex-
pleat indigentiam suam , nisi utique beata ,
eisque explende non sufficit nisi Deus ; &
alibi , hoc tantum scio , quia mibi male
est , præter te , non solum extrâ me , sed &
in me ipso , et omnis mihi copia , qua Deus
meus non est , egestas est .

Pelagiani beatitudinem singebant
naturalem , quam vitam æternam
subinde appellabant , eamque in-
fantibus non baptizatis promitte-
bant , sed à regno cœlorum seu à
beatitudine supernaturali eos arce-
bant : contendit verò Aug. quod si
nullum esset peccatum originale ,
Deus non posset citrâ iniustitiam in-
fantes non baptizatos à regno cœ-
lorum excludere : Parvum malum est
in hominis corde , qui societatem non que-
rit Sanctorum , qui non desiderat regnum
cœlorum ; si non desiderat pena est de per-
uersitate ; si autem desiderat pena est , de
fraudata charitate ; sed si quod vis parva

L. 16. conf.

L. 2. ad
Bon.

est pœna, & ipsa magna est si nulla culpa
præcesserit: hinc deßende iustitiam Dei,
quare vel pars pœnae iſtigetur innocentis?
& scribens in Iul. redit ad vos frater ille
geminus baptizatus, non baptizatus, &
tacitus quoerit a vobis cur fuerit a fraterna
felicitate secretus. Huic prorsus insanti
linguam vestram, vocemque submittitis,
hunc non loquenti, quid loquamini non ha-
betis; & alibi passim docet Deum
fore iniustum si nos, & maxime in-
fantes affligeret, nulli peccato ob-
noxios, quid igitur restat, nisi ut causa
istorum malorum sit, aut iniquitas, aut
impotentia Dei, aut pœna primi veterisque
peccati: sed quia nec iniustus, nec impotens
est Deus, restat quod non vis, sed cogeris
fateri, quod graue iugum non fuisset, nisi
delicti originalis, meritum præcessisset.

Suauissimè nugantur, qui respon-
dent, Aug. supponere, hominem
creatum fuisse ad beatitudinem su-
pernaturalem, & naturam fuisse
corruptam: quasi vero supponeret
quod in quæstione positum erat: hoc
ipsum negabant Pelagiani naturam

Quod quidam obiciunt, Pontificum Bullam, in quâ illa prop. damnata est : *Deus non potuisse talem hominem condere, qualis nunc nascitur.* Respondeo quod status ille non repugnat ex parte diuinæ omnipotencie, non est enim repugnantia interminis, sed repugnat, ex parte iustitiae, & sapientiae diuinæ, non quod gratia deberetur homini, ex illius meritis, alioquin non esset gratia, sed ex hypothesi quod Deus crearet hominem ad sui imaginem, qui non nisi Deo explicri posset, diuina sapientia exigebat, ut gratiam homini conferret, quâ peruenire posset ad gloriam, quæ quidem gratia fuit ordinis supernaturalis, & tamen dici potest quodammodo naturalis, non quod instar proprietatis fluoret ex hominis naturâ, sed quia illius priuatio, fuit vitium naturæ; ut igitur Deus non potest creare corpus perfectum quin constet ex suis membris, sic Deus non potuit creare

hominem rectum & sine vicio, nisi
gratiam ipsi largiendo. Qui volunt
hominem creari potuisse, qualis
nunc nascitur, excipiant saltem,
peccatum originale, & quæ cum
peccato sunt necessariò connexa
ignorantiam & concupiscentiam
ne offendant Dei sanctitatem; ca-
ueant etiam ne Dei iustitiam læ-
dant, si statuant Deum posse punire
innocentes; & miseros creare sine
culpa:



DISSERTATIO II.

PRAEATIO

Nunc descendimus mare tot hæretorum naufragiiis infame, qui cum non possent diuinam prouidentiam cum libertate nostrâ conciliare, vel liberum hominis arbitrium, vel Dei prouidentiam sacrilega impietate sustulerunt: nam, ut ait Aug. *Ista quæstio, vbi de arbitrio voluntatis, & Dei gratia disputationatur, ita est ad discernendum difficilis, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur, quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.*

Absit ut Philosophos in tam peri-
culosa

culosâ nauigatione tanquam duces sequamur, quos hæreticorum Patriarchas vocat Tertulianus, qui multiplicem naturæ humanæ statum nescierunt, peccati originalis ruinæ, naturæ corruptæ infirmitatem, naturæ integræ dotes, reparatoris beneficia, Christi & beatorum perfectam libertatem penitus ignorarunt. Nemo ut puto tam erit ab omni pietatis sensu absurdus, ut Aristotelem præponat Augustino, ubi de libertate agitur; adeo ne prophanae Philosophiae licebit, ut apud Christianos, plus habeat auctoritatis, quam Christiana? cur igitur nos in calumniam traducunt, si doctrinam Ecclesiaz, cuius Aug. vox fuit & organum, non Aristotelis minutias, & cauillos tradamus, & Aug. ut in cæteris, sic in hac disputatione potissimum sequamur.

— *Quem Christi gratia cornu
Ueriore rigans, nostro lumen dedit auro
Accensum vero de lumine
Istius ergo inter cunctos, qui degrege sancto*

S. Prosper
car. de in-
gratis.

130 PHILOSOPHIA MORALIS
*In sanas pepulere feras, industria maior,
Maius opus, totum præstantius imbuat or-
bem:*

*Nam quocumque gradum conuerse cal-
lidus hostis,
Quasque per ambages anceps iter egit
operas,
Huius ab occursum est præuentus.*

C A P V T I.

Quid sit liberum.

A Deo non conuiciunt Doctores
in explicandâ libertatis essen-
tia, vt nequidem in illius consen-
tiant notione, liberum tamen idem
sonat, atque immune à seruitute &
dominatione alterius; liberum enim
opponitur seruo, vel captivo, ser-
vus autem dicitur à seruando quia
bello capti seruabantur à victoribus,
quod libertas seruituti repugner pro-
batioне non indiget, vnde cum Do-
minus dixisset Iudeis quod futuri

CHRISTIANA. 131
erant liberi, si veritas eos liberaret; responderunt illico, nemini serviuimus vñquam: itaque seruitus violenta aduersatur libertati hinc Aug.
An ita sunt liberi, ut nec illam veline habere Dominum, qui dicit eis, sine me nihil possitis facere, igitur libertas dominium alterius videtur excludere.

Liberum vocatur à Græcis αὐτεξουσιον, id est, quod sui iuris & potestatis est: sic Arist. definit liberum, quod est sui gratia. Per libertatem etiam, concipimus quamdam amplitudinem, vel inalligationem, ut liberas dicimur habere manus, cum nullis vinculis constringuntur.

Liberum arbitrium definitur à magistro sententiarum facultas voluntatis & rationis. Non est enim quædam tertia facultas à voluntate & intellectu discreta; dicitur autem liberum propter voluntatem, arbitrium propter intellectum; liberum enim arbitrium idem est ac liberum

132 PHILOSOPHIA MORALIS
iudicium: nullum siquidem est do-
miniū nisi idem rationale & quam-
vis in brutis videatur quædam um-
bralibertatis, non est vera libertas,
quia non est rationalis; sic motus
voluntatis primi & indeliberati pro-
prie non sunt liberi quia non se-
quuntur verum iudicium rationis,
nec sumus eorum Domini, & po-
tius ex quadam impotentia, quam
ex vera libertate aut dominio pro-
ficiuntur. Hactenus (ut puto)
omnes conueniunt.

Liberum illud dicitur quod est in
nostra potestate quemadmodum de-
finit August. illud autem est in nostra
potestate, quod adest cum volumus,
id est quod præsens est voluntati no-
stræ: nihil porrò tam est præsens vo-
luntati, quam ipsa voluntas, igitur
nihil est tam liberum, nihil est tam
in nostra potestate quam actus vo-
luntatis, qui essentialiter est liber,
siquidem adest cum volumus, quid
igitur libertas, nisi voluntas; quæ
omniū patrum est summa consensio,

& Augustini in primis, qui cum sibi obiecisset ex persona Euodij, quod si

L. 3. de
libero.

Deus præciosus est peccatorum esse hominem, necesse est ut peccet, si autem necesse est, non ergo est in peccando voluntatis arbitrium, sed potius inenitabilis, et fixa necessitas, postquam respondit, eodem arguento probari omnia Deum agere ex necessitate, quandoquidem præciosus est eorum quæ ipse agit, ostendit quomodo præscientia Dei non oblitio nostræ libertati, quia non destruit voluntatem, non enim, inquit, possumus aliud sentire esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus facimus: quapropter nihil tam in nostra potestate quam ipsa voluntas est, id est actus voluntatis, ea enim prorsus nullo intervallo locorum, mox ut volumus præsto est, et ideo recte possumus dicere non voluntate vivimus, vel senescimus, sed necessitate, aut non voluntate morimur sed necessitate, et si quid aliud huius modi, non voluntate autem volumus, quis vel delirus audeat dicere? quanobrem, quamuis præcias Deus nostras voluntates futuras,

134 PHILOSOPHIA MORALIS
non ex eo tamen conficitur ut non voluntate aliquid velimus, vides non aliter August. demonstrare præscientiam Dei non præiudicare libertati nostræ, nisi quia impossibile est ut velimus & non libere velimus, adeo ut actus voluntatis sit essentialiter liber; addit, non enim negare possumus habere nos potestatem, nisi cum nobis quod volumus deest, dum autem volumus, si ipsa voluntas deest nobis, non utique volumus, quod si fieri non potest, ut dum volumus non velimus, adest utique voluntas voluntibus, nec aliud quicquam est in potestate, nisi quod voluntibus adest: voluntas tgitur nostra nec voluntas esset, nisi esset in nostra potestate: porrè quia est in potestate libera est nobis.

Augustino consentiunt SS. Damascenus & Bernardus, libertas (inquit ille) nihil aliud est quam voluntas, voluntatem cum dicimus illam non dicimus coactam, sed sui ipsius dominam, si namque rationalis est, absolute sui ipsius domina est & libera, & Diuus Bernardus, ubi consensus, ibi

L. de grat.
& lib. a. b.

voluntas, porro ubi voluntas, ibi libertas,
et hoc est quod puto dici liberum arbitrium,
ipsam enim voluntatem, quia impossibile
est de se ipsa sibi non obedire, etiam im-
possibile est sua primari libertate, nec
aliud docet Diuus Thomas ut infra
videbimus.

Liberum ergo illud est quod est
in nostra potestate, omnis autem po-
testas voluntatem supponit, ut ait
Diuus Anselmus. *Omnis*, inquit, L. 2. cur
potestas sequitur voluntatem, cum enim dico possumi loqui, vel ambulare, sub-
auditur, si volo, si enim non subintelli-
gitur voluntas, non est potestas, sed ne-
cessitas, cum enim dico volens possum tra-
hi, et vinci, non est mea potestas sed ne-
cessitas, et potestas alterius. Ex qui-
bus conficitur actum voluntatis esse
essentialiter liberum sicut actus im-
peratus est liber per participatio-
nem; nam libere ambulo quia volo,
si autem querat aliquis quare vo-
luntas mea est libera idem faciet
querenti quare homo est animal ra-
tionale, est enim illius essentia.

CAPVT II.

Quæ sit radix libertatis.

Libertas animæ rationalis ex illicius amplitudine , & quasi immensitate proficitur , quæ amplitudo ex immaterialitate , ut ita dicam , animæ rationalis suam dicit originem : illud enim est discriimen (quod sæpe docet Angelicus Doctor) inter ea quæ sunt cognitionis experientia , & illa quæ cognoscunt , quod quæ omni cognitione priuantur , cum sint multum limitata , & maxime in materia immerta , propriæ formæ contenta sunt , sed quæ cognitione donantur , rerum omnium quas cognoscunt formas possident : hinc Philosophus docet intellectum fieri omnia , nam formas omnium quæ cognoscit ad se rapit : cum vero materia limiteat formam , eamque efficiat individuam ; quo magis res

est libera à materia eo minus est limitata; unde res spirituales quod magis à materia sunt expurgatae, eo sunt vniuersaliores, minus coarctatae, & ad cognoscendum capaciores.

Cum igitur anima sit spiritualis, capax est cognitionis, etiam vniuersalis boni, hinc libertas animæ rationalis: non enim voluntas ad aliquod particulare bonum instar brutorum astringitur; sed in vniuersali bono se se versat, quia intellectus vniuersale bonum percipit: ergo libertatis radix est in intellectu.

Illud autem discriben est inter bruta, & hominem quod bruta non possunt se se reflectere supra suos actus, quia obiectum habent valde angustum, & limitatum; quare non propriè habent dominium suorum actuum, quia nullum est imperium nisi rationale, alioquin est impotentia potius, quam imperium: nec possunt bruta, vel iudicio approbare, vel condemnare, quod fece-

138 PHILOSOPHIA MORALIS
xint ; quia reflexionem nullam ha-
bent : secus autem homo , qui non
solum vult aliquid , sed etiam vult
se velle , id est , reflectit se se supra
proprios actus , sive prober , sive im-
prober , & (vt puto) verum domi-
nium , atque addo vera libertas in
hac reflexione quam homo potest
facere consistit : non autem in illa
indifferentia versatili , quæ potius
ignorantia humanæ argumentum
est , quam genuinus libertatis cha-
racter ; non enim illa indifferentia
reperitur , ubi nullus est delibera-
tioni locus , vt in Deo , vel in beatis ;
Deus enim qui unico intuitu omnia
conspicit , deliberare non potest , &
tamen nemo libertatem Deo nega-
uerit : nutat ergo & fluctuat voluntas
nostra , quando deliberat mens ; id
vero cum accidit , cum defectu lu-
minis , non omnes circumstantiæ ,
non omnia quæ occurtere possunt
impedimenta deteguntur , sed ubi
tanto lumine mens perfunditur , vt
nullus amplius relinquatur dubi-

CHRISTIANA. 139
tandi locus, non remaner indifferentia quis autem libertatem tolli dixerit: sed alijs validissimis rationibus ostendemus indifferentiam nihil ad libertatem pertinere.

C A P V T III.

Quod voluntas semper sequatur ultimum rationis iudicium.

MENS sive ratio, lumen est, & oculus voluntatis, adeò ut voluntas cum sit cæxa necessario sequatur iudicium intellectus, iudicium illud (ut inter cæteros accurate expendit Iacobus Capreolus) vel est generale, vel particulare, hoc voluntas sequitur, non illud: actiones enim sunt singulares: item vel est speculatum, vel practicum. Iudicium generale & practicum vocatur propositum; iudicium autem particulare & practicum est conclusio intellectus, quam voluntas con-

140 PHILOSOPHIA MORALIS
sentiendo sequitur, cum intellectus
deliberat, illud iudicium dicitur
euolutum ratiocinio, est enim quasi
argumentationis cōclusio, sed quan-
do non deliberat intellectus, est iu-
dicium simplex: ex mille actionibus
vix vna in consultationem venit, vt
quando scribimus non consultamus
quomodo sint formandi characteres:
tyronis est, non periti artificis deli-
berare, cum mens deliberat impe-
dita est, non expedita: non igitur
necessitatem est, vt omnis electio sit con-
sultatiua, quemadmodum sibi fin-
git Aristoteles, qui electionem, siue
prohæresim definit appetitum con-
sultatiuum, hoc enim falsum est:
cum eligimus, non semper consul-
tamus, & saepe nullus locus est sus-
pensioni; immo deliberatio plerum-
que nos impedit, & distrahit: homo
temperans non consultat utrum à li-
bidinibus abstinere debeat, nec con-
sultabat Christus, utrum obediret
Patri: nec deliberant beati quid eli-
gant: nec consultat Deus: & tamen

nemo nisi idem pertinax negabit
Deum, Christum, beatos, tempe-
rantes, verè & libere eligere: vbi
non est deliberatio ibi nec indiffe-
rentia, qualem vulgo intelligunt,
cum voluntas, manet in æquilibrio,
& indeterminata, tum enim homo
est indifferens cum fluctuat, & pen-
det animi; ergo ex his manifeste in-
differētia expungitur & exploditur.

Et certe nunquam est indifferen-
tia in voluntate, sed si quæ sit repe-
titur in mente, quando deliberat;
siquidem voluntas sequitur necessa-
rio ultimum iudicium rationis; nam
ignoti nulla cupido; & si voluntas
non sequitur rationem non erit li-
bera, sed impotens, irrationalis, &
inconsulta; quemadmodum in in-
fantibus vel amentibus, tum enim
cæco imperu instar brutorum necesse
est ut feratur: unde liberum, & ar-
bitrium, cum sint inter se naturaliter
indivisa, separari non possunt, id est,
ratio & voluntas: nam arbitrium ra-
tionis est, libertas autem voluntatis,

142 PHILOSOPHIA MORALIS
huc adde quod sicut voluntas necessario amat beatitudinem, & misericordiam horret; sic quæ ad beatitudinem ipsi vel potius menti videntur commodiora, & meliora amplecti-
tur; nam si amat quod bonum est, perfecte amat quod est optimum, & magis diligit quod videtur melius; ergo nunquam voluntas non ultimum iudicium rationis sequitur, quo vel finis proponitur amandus, vel media quæ ad finem conducunt, & ut necessario misericordiam odit, ita minora mala minus auersatur, & maiora magis horret: nusquam ergo error est nisi in intellectu; errant enim omnes qui operantur malum, & omnis peccator est ignorans. Quod si voluntas non semper sequitur ultimum rationis iudicium, siue conclusionem intellectus si conclusio ad prudentiam pertineat; fieri poterit, ut sit prudentia in intellectu, & iniustitia in voluntate, & ita aliquis erit prudenter iniustus quod omnino absurdum est. Non

ergo voluntas quasi iudex sedet, ut probet vel improbet quæ ipsi proponuntur ab intellectu; cum enim sit cæca, quomodo potest iudicare, vel vnum cum alio comparare? nam si vnum alteri præponit, aliqua ratione ducitur; ergo sequitur semper ultimam rationem intellectus: quod ipsa experientia clarius est quam vt probatione indigeat, quis enim, quod sibi videretur deterius securus est: an æger longiorem febrem exoptat? certè contradictionem inuolutum, vt voluntas aliud amplectatur quam quod ratio ultimo decreuerit: hinc Sanctus Bernardus, *libertas est consensus ob voluntatis inamisibilem libertatem, & rationis indeclinabile iudicium*: ergò iudicium rationis nec detrectari, nec declinari potest à voluntate.

Dixerit aliquis, si voluntas necessario sequitur rationem; nullis indiget bonis habitibus, nullis virtutibus, satis enim fuerit si ratio prudentiâ perficiatur.

L. de grat.
& lib. arb.

144. PHILOSOPHIA MORALIS

Respondeo, quod bona assuetudines, siue boni habitus requiruntur in voluntate, ut rationem flectant, & inclinent ad iudicium rectum ferendum; nam si bona assuetudo necessaria est manui ut bene scribat, multo magis virtutes morales exiguntur, in voluntate residentis, ut ratio bene iudicet, & præcipiat.

Sed inquietus incontinentis agit contra iudicium proprium; ergo voluntas non semper sequitur iudicium rationis ultimum.

Distinguo antecedens, incontinentis agit contra iudicium speculativum vel generale, concedo, contra iudicium practicum & particulare, nego, & quamvis bonum habuerit propositum, tamen illud non fuit fixum & constans.

Dicet alius, si voluntas sequitur semper iudicium rationis nullum futurum est peccatum, nisi ex ignorantia, nullum erit ex malitia vel infirmitate.

Respondeo quod in omnibus peccatis,

catis, semper inest aliquid ignorantiae, saltem quoad iudicium practicum; sed quando pravalet ignorantia, tunc peccatum dicitur ex ignorantia, & distinguitur à peccato ex malitia, quod oritur ex peruersitate voluntatis, vel ex peruerso habitu, siue innato, siue acquisito, & à peccato ex infirmitate cum scilicet passio dominatur & rationem turbar.

Rursus instabit aliquis, primi parentes, non ex ignorantia, vel defectu rationis, sed ex mala voluntate peccauerunt, non igitur voluntas semper est ultimi iudicij sequax; respondeo certum est quod ut nulla concupiscentia præcessit in voluntate, sic nullæ tenebræ, nullus error fuit in mente ante peccatum, sed peccante homine, subintrarunt, ignorantia rerum agendarum, & concupiscentia noxiarum: iam quis explicet quomodo voluntas quæ nulla concupiscentia premebatur, facta est peruersa, & exponam quomodo error inuaserit intellectum

K

146 PHILOSOPHIA MORALIS
tanto lumine irradiatum : error &
concupiscentia non præcesserunt ,
sed comites peccati fuerunt : iudi-
cium speculatiuum, ut fuerit rectum,
obscuratum est iudicium practicum :
fortè ex defecetu considerationis , vel
quia de tot & tantis bonis , gratias
non egerunt Deo : & credidit Adam
peccatum illud veniale , non lethale
fusorum : nec etiam in consortio pec-
cati , voluit ab uxore diuelli : quid
mirum si in rectam obscurâ balbu-
tiam.

C A P V T I V .

Virum necessitas opponatur libertati.

NECESSITAS triplex est naturalis ,
coactionis , & immutabilitatis ,
necessitas naturalis libertatem de-
struit quando non est voluntaria , &
sine cognitione rationali ; sic neces-
sitate morimur , necessario & non
libere mouentur arteriæ : nam hic

motus non subest potestati nostræ ; necessitas coactionis , nemine reclamante , libertati opponitur ; cum scilicet sit aliquid quando nolumus : sed necessitas immutabilitatis , quæ oritur ex fixo , & constantissimo proposito , adeò non ob est libertati ut sit libertatis perfectio . Quod multiplici argumento demonstrare facilissimum est :

Primo beatî non amiserunt suam libertatem , ut nemo non fatetur , sed quidquid agunt illud ex quadam felicissima necessitate agunt , fixam enim habent voluntatem in bono , & voluntati diuinæ firmissime adhærentem , ita ut nunquam possint suam voluntatem diuinæ voluntati non conformare ; ergo necessitas immutabilitatis libertatē non destruit , sed perficit . Quod luculenter ostendit August . Neque enim (inquit) culpanda est voluntas , aut voluntas non est , aut libera dicenda non est , quâ beatî sic esse volumnus , ut esse miseri non solum nolimus , sed nequaquam prouersus velle

In Enc.

K 2

possimus; sicut ergo nunc etiam anima nostra nolle infelicitatem, ita tunc nolle iniuriam semper habitura est: sed ordo prætermittendus non fuit, in quo Deus voluit ostendere, quam bonum sit animal rationale, quod etiam non peccare posset; quamvis sit melius, quod peccare non posset; sicut minor fuit immortalitas, sed tamens fuit, in qua posset etiam mori; quamvis maior futura sit, in qua non posset mori: illam naturam humana perdidit per liberum arbitrium, & hanc est acceptura per gratiam, quam fuerat si non peccasset acceptura per meritum; quamvis sine gratia nec tunc ullum meritum esse potuisse, quia eis peccatum in solo libero arbitrio erat constitutum, non tamen iustitiae retenende sufficiebat liberum arbitrium; nisi participatione immutabilis boni distinctum adiutorium prebereatur. In quo loco multa docet Sanctus Doctor, quod libere, licet necessario beatitudinem amamus, quod beati libere Deum amant, & sicut primus homo sic fuit immortalis, ut tamen posset mori, sed post resurrectionem maior

erit immortalitas, quia non poterimus mori: sic magnam habuit libertatem quando potuit non peccare, sed consummata erit libertas quando non poterimus peccare.

Quod egregie docet l. de correptione & gratia, vbi loquitur de libero arbitrio primi hominis. Quod c. 11.
poterat perseverare si velle, quod vt nolle de libero descendit arbitrio, quod tunc ita liberum erat, vt bene velle posset, & male, quid erit autem liberius libero arbitrio, quando non poterit servire peccato. Prima ergo libertas voluntatis erat posse non peccare, nouissima erit multo maior non posse peccare, prima immortalitas erat posse non mori, nouissima erit multo maior non posse mori; prima erat perseverantiae potestas bonum posse non deserere, nouissima erit felicitas perseverantiae bonum non posse deserere.

Secundò vt ostendimus ex Aug. non possumus non amare beatitudinem, & non odiſſe miseriam, & ramen libere amamus beatitudinem, & miseriam auſtamur: ergò necel-

K 3

150 PHILOSOPHIA MORALIS
libertas non repugnat cum libertate :
hoc clarissime ostendit Aug. dixerat
enim Pelagius , voluntatis arbitrio ac

L. de nat.
& gratia
c. 46.

deliberatione priuatur quidquid naturali
necessitate constringitur , cui respondet
August. & hic nonnulla quæstio est ; per
quam enim absurdum est , ut ideo dicamus
non pertinere ad voluntatem nostram (id
est libertatem) quod beati esse volumnus ,
quia id omnino nolle non possumus ; nescio
quæ & bona constructione naturæ ; nec di-
cere audemus , ideo Deum non volunta-
tem , sed necessitatem habere iustitia , quia
non potest velle peccare ; & infra , dixe-
rat Pelagius , quia non peccare nostrum
est , possumus peccare , & non peccare ,
cui August. quid si alius dicat , quia nolle
infelicitatem nostrum est , possumus eam
& nolle , & velle , & tamen eam velle
omnino non possumus . Ex quibus ma-
nifestum est Pelagium libertatem
in indifferentia reposuisse , & cum
necessitate conciliari posse omnino
negauisse ; scilicet ut vietricem gra-
tiam de medio tolleret .

Tertiò libertas est summa homi-

CHRISTIANA. 151
nis perfectio, quæ non destruitur
per actionem perfectissimam qualis
est amor beatorum, vel in hac vita
amor beatitudinis: ergo necessitas
liberitati non repugnat; imo liber-
tatis apex & perfectio est in beatis,
qui nullatenus deliberant, & in qui-
bus vix illa indifferentia reperitur.

Quarto liber est sui causa, id est,
Dominus suorum actuum, ut docet
ipse Arist. sed nihil est tam sui causa
quam amor ultimi finis, siquidem
propter se amatur, & cætera propter
ipsum: ergo amor ultimi finis est li-
berimus.

Quinto eodem actu finem & me-
dia appetimus, eodem enim amore,
& eodem actu volumus sanitatem,
& media quæ ad sanitatem condu-
cunt: ergo si amor mediorni liber
est, multo magis amor ultimi finis.

Postremo necessitatem non de-
struer libertatem, infra fuis ostendemus, vbi de libertate Christi Do-
mini agetur, qui non poterat non
obedire Patri, quia erat impecca-

152 PHILOSOPHIA MORALIS
bilis, & tamen libertime agebat.

Sed inquies omnium Patrum summa est consensio, necessitatem opponi libertati: vnde solemnis est diuisio libertatis ex Sancto Bernardo de-
prompta, in libertatem à peccato
quæ iustorum est, libertatem à mi-
seria quæ beatorum, & libertatem à
necessitate, quæ omnibus communis
est, & in damnatis etiam reperitur.

Respondeo, per necessitatem Pa-
tres intelligere coactionem, vel ne-
cessitatem pure naturalem & cœ-
cum; quod facillimum esset ex om-
nibus fere Patribus demonstrare,
quemadmodū præstiterunt viri qui-
dam doctissimi & primo August. du-
plicem necessitatem distinguit vnam
coactionis, immutabilitatis alteram,
illam perimere libertatem dixerat,
hanc non item. Bernardus, *consensus*,
inquit, *voluntarius est habitus animi liber*
sui, *si quidem non cogitur, non extorquetur,*
est quippe voluntatis non necessitas.
Quod enim voluntarium & liberum.

Quibus consentit Divus Ansel-

I. c de ci-
vitat Dei.

L. de grat.
& lib. arb.

mus, semper Christus habuit potestatem
seruandi vitam, quamvis nequuerit velle
seruare, ne nunquam moreretur; Et quo-
niam hoc a se ipso habuit, ne scilicet velle
non posset, non necessitate, sed libera po-
testate animam suam posuit, si ergo ideo
vere erat moriturus quia hoc ipse sponte &
immutabiliter voluit, sequitur non ob
aliud non potuisse non mori nisi quia im-
mutabili voluntate voluit mori.

L. 2. cur
Deus
homo.

Hugo à Sancto Victore, diuo Ber-
nardus coxtaneus, luculentiter ostendit
solam necessitatem coactionis de-
struere libertatem, sola itaque voluntas
(inquit) que semper libera est, Et nun-
quam cogi potest merito apud Deum iudi-
catur, ea semper a necessitate libera est,
vbi enim necessitas ibi non est libertas,
nec voluntas, Et ideo nec meritum. Li-
berum itaque arbitrium ex eo dicitur quod
est voluntarium, quod enim boni Angeli
non possint esse mali non facit necessitas,
sed confirmata per gratiam voluntas, quod
mali non possint esse boni, non facit illa
coactio, sed obstinata voluntas in male.
Vbi manifeste necessitatem usurpat

Senten-
tiarum
trac. 3.

154 PHILOSOPHIA MORALIS
pro coactione , quis enim dixerit
malos Angelos , non necessitate im-
mutabilitatis velle malum?

Nec à communī Patrum consensu
abhorret Angelicus Doctor , *Duplex*
(inquit) est necessitas , quedam co-
actionis , & hac laudem virtutisforum actus
diminuit , quia voluntario contrariatur ,
quedam autem est necessitas ex interiori
inclinatione procedens , & hac laudem
virtutis actus non minuit , sed auget , facit
enim voluntatem magis intense tendere
in actus virtutis : patet enim quod habitus
virtutis quanto fuerit perfectior , tanto
vellementius voluntatem facit tendere in
bonum virtutis , & minus ab eo deficere ,
quod si ad finem perfectionis deuenerit
quamdam necessitatem infert ad bene
agendum , sicut est in beatis , qui peccare
non possunt , neque tamen propter hoc li-
bertati aliquid deripit , aut actus bonitatis .
Quid clarius & doctrinæ August.
magis consentaneum.

L. 3. con-
tra gentes
c. 138.

Idem docet in questionibus dis-
putatis de potentia: Naturalis nece-
ssitas secundum quod voluntas aliquid ex

Quæ. 10.
ar. 2.

necessitate velle dicitur, ut felicitatem, libertati voluntatis non repugnat, vi Augus. docet in primo de Ciuitate Dei, liberas enim voluntatis violentia vel coactioni opponitur, non est autem violentia vel coactio in hoc, quod aliquid secundum ordinem sue naturae mouetur, sed magis in hoc, quod naturalis motus impeditur, sicut cum impeditur graue ne descendat ad medium: unde voluntas libere appetit felicitatem, licet illam appetat necessario.

Sic autem & Deus sua voluntate libere amat seipsum, licet de necessitate amet seipsum, & scribens in magistrum, dicendum est quod etiam si Christi arbitrium esset determinatum ad unum numero, sicut ad diligendum Deum, quod non facere non potest, tamen ex hoc non amittit libertatem, aut rationem laudis sive meriti; quia in illud non coacte sed sponte tendit, & ita est actus sui Dominus.

Sanctus Bonaventura, diu Tho-

mæ cotaneus, sic de libertate sentit.

Liberum (inquit) arbitrium considerari potest dupliciter, aut secundum quod li-

In 3. d. 18.

berum, aut secundum quod deliberans;

In 2. d. 25.

196 PHILOSOPHIA MORALIS
si loquimur de ipso secundum quod liberum; sic concedo quod potest esse non solum respectu contingens, sed etiam necessarij, sicut patet in Deo, & in Christo, & in Angelis, & in hominibus beatis; cum enim duplex sit necessitas videlicet coactionis, & immutabilitatis, necessitas coactionis repugnat libertati arbitrij, necessitas vero immutabilitatis non repugnat, pro eo quod liberum arbitrium dicitur liberum, non quia sic velit hoc, ut posse velle eius oppositum, sed quia omne quod vult appetit ad sui ipsius imperium, quia sic vult aliquid, ut velit se velle illud: & ideo in actu volendi se ipsum mouet & sibi dominatur, & protanto dicitur liberum, quamvis immutabiliter ordinetur ad illud. Non aliam fuisse sententiam omnium Doctorum, & præcipue magistris sententiarum, Alexandri de Hales, & Doctoris subtilis Scoti, in promptu esset demonstrare, sed breuitati consulendum.

Opponunt quod illa propositio est vna ex proscriptis in Bulla summorum Pontificum: quod voluntarie

fit etiam si necessitate fiat, tamen libere fit, item hæc propositio, sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

Omissa communi solutione quæ in præsentia locum habere non potest, quia neutra propositio repetitur apud Bajum: vnde non possumus dicere, quod damnatæ sunt istæ propositiones propter acerbitatem & severitatem iudicij, & quia sunt offensivæ: sed fatemur utræque propositionem esse falsam; non enim sola violentia opponitur libertati: nam motus indeliberati, licet non sint coacti, non sunt tamen liberi, nec etiam omne quod est voluntarium, idem est libertum; siquidem voluntarium est in infantibus, animalibus, imo & quodammodo in brutis, si voluntarium pro spontaneo usurpetur, sed omnis voluntas rationalis, & consulta est libera; nec etiam sola violentia repugnat libertati, sed & necessitas pure naturalis & cœca, sic mouentur arteriæ non liberè, sed

Opponunt etiam nostram senten-
tiam omnino cum doctrina Caluini
consentire. Respondeo primò quæ
consecutio? sententia quam defen-
dimus , eadem est cum opinione
Caluini, ergo est rei cienda ; scilicet
examinandum est virum damnatus
fuerit, Caluinus propter hanc sen-
tentiam , nec ne , hæretici enim sæ-
pe falsis vera inserunt ut facilius de-
cipiant, quemadmodum docent Aug.
& Gregorius magnus , qui idcirco
hæresim comparant cum leprâ , &
illud Prophetæ Regis, *in multis erant
mecum* , hæreticis conuenire tradunt,
qui errorum maculas , cum veritatis
candore miscent , ut facilius fallant
quod si vera semper saperent , non
essent hæretici ; sed si nihil quam
falsa traderent , neminem sui er-
roris consortem haberent. Iam vi-
deamus an sententia nostra , cum
hæresi Caluini consentiat.

Primo certum est Caluinum ne-

gare vllum in nobis post peccatum
remansisse arbitrium, vnde liber-
tatem penitus extinctam fuisse con-
tendit, vt scribens contra Pighium,
sed quid si ex aduerso excipiam quod ve-
rum est, vulneratam illam fuisse liberta-
tem, imò confessam & extinctam; &
alibi loquens de libero arbitrio, sta-
que si quis vocis huius usum non prauda in-
telligentia permittat, per me quidem non
vexabitur ob eam rem: sed quia sine in-
genti periculo non posse retineri censeo,
magno contra Ecclesiae bono futurum si abo-
leatur, neque ipse usurpare velim, &
alios si me consulant, abstinere optarim.

Secundò errauit Caluinus quod
negauerit liberum arbitrium quic-
quam ad bona opera conspirare, sed
nihil quam male agere, etiam cum
divina gratia mouetur; hinc omnia
bona opera, & merita, omnem adeò
potestatem, aut facultatem nostram
fustulit, quidquid mixtura ex liberi ar-
bitrij virtute afferre student homines ad
Dei gratiam, nihil aliud, quam eius cor-
ruptio est, perinde ac si quis Ietrosa &

L. 2. inst.
c. 2.

L. 2. inst.
c. 5.

160 PHILOSOPHIA MORALIS
amarâ aquâ vinum diluerit; & scribens
contrâ Pighium docet, liberum arbitrium
rem esse post primi hominè lapsum
de solo titulo, in eodem opere, maneat
illud opera bona si pér se astimentur, om-
nino esse peccata, &c l. 3. inst. perspicue
asserit. Nullum unquam existisse pñ ho-
minis opus, quod si se uero Dei iudicio ex-
aminaretur, non esset damnable, & scri-
bens in 8. præceptum. At omnino
tenendum est illud axioma, nullum opus
coram Deo censere iustum, nisi projectum
à puro & integro homine: neminem verò
talem reperiri. Omnia Caluini opera
nihil aliud quam hanc venenatam
doctrinam spirant, à quâ nostra, itmò
S. Aug. sententia tantum distat,
quantum lux à tenebris, & veritas
à mendacio.

Sed inquiunt aliqui, Caluinus
libenter se agnoscere liberum arbitrium
identidem profitetur, si modò
per liberum arbitrium, intelligamus,
quod non coacte sed sponte opera-
tur, ut scribens contrâ Pighium.
Si coactiōnēs opponunt libertas, liberum
esse

CHRISTIANA: 161
esse arbitrium, & fateor, & constanter
assenser, ac pro heretico habeo, quisquis
secus sentiat.

Respondeo primò non solam coa-
ctionem libertati repugnare; sed ut
vir doctissimus iam obseruauit, tria
sunt distinguenda in libertate, na-
tura libertatis, conditiones ad agen-
dum, & actus illius: radix libertatis
est quædam amplitudo, & immate-
rialitas, cui opponitur necessitas re-
rum materialium, quæ consequitur
naturam valde arctam & determi-
natam: conditionibus ad agendum
repugnant amentia, & ignorantia,
quas quædam necessitas libertati
contraria cōsequitur: libertatis actui
sola coactio aduersatur, ad quam re-
fertur quicquid voluntatem quasi
alligat & infirmam reddit, adeò ut
non faciat quod vellet facere: hinc
Aug. Ignorantia igitur & infirmitas L. 2. de
vitia sunt qua impediunt voluntatem ne pecc.
moneatur ad faciendum opus bonum: imò
ex eodem loco Caluini quem nobis
obijciunt aduersarij, inferre licet,

L

162 PHILOSOPHIA MORALIS
quod sententia Caluini est, non solam coactionem libertati opponi, coactionem (inquit) & violentiam tollimus, quia pugnet cum naturâ voluntatis, nec simul consistat: liberam autem negamus, quia propter ingenitam hominis prauitatem ad malum necessariò feratur. Faretur voluntatem non cogi, & tamen negat eam esse liberam, ergo non existimat solam coactionem libertati repugnare, & qui ita sentiunt, non incident in Caluini hæresim, ut calumniantur plerique. Imò qui libertatem in veratili indifferentia, seu in æquilibrio constituunt, magis ad Caluini sententiam videntur accedere, non vult enim in malis libertatem remanere, quod existimet libertatem in indifferentia positam esse, quam negat in malis hominibus reperiri.

C A P V T V.

Quod libertas non consistit in indifferentia ad bonum & malum.

NON satis mihi videntur à Pelagianis recedere qui libertatem reponunt in indifferentia contrarietatis, siue ad bonum & malum: hinc Julianus acriter inuchitur in August. qui dixerat liberum arbitrium sine gratia esse tantum ad malum, non item ad bonum nisi liberetur, non minore, inquit Julianus, *plane stultitia professione, quam prophanitate liberum vocas quod dicas non nisi unum velle posse,* hoc est vel bonum vel malum, cui August. *si liberum non est, nisi quod duo velle potest, id est bonum & malum, liber Deus non est, qui malum non potest velle, siccine Deum laudas ut auferas ei libertatem;* hinc etiam docet multo liberius fore liberū arbitrium, quando non poterit amplius seruire peccato.

L. 1. oper.
imper.

I. 2

Huc addc quod sicut non est de ratione intellectus ignorantia ; sic defectibilitas non est de essentiâ libertatis : nam ut infirmitas non est de ratione sanitatis , ita posse peccare non est natura libertatis : vera enim libertas est charitas , tum habemus plenam sanitatem cum habemus perfectam charitatem.

Tandem quod est de essentia rei non potest ab ea separari , sed beati non possunt amplius peccare , in quibus tamen est liberum arbitrium ergo posse peccare non est essentia libertatis.

Non inficiamur tamen nos habere indifferentiam ad bonum & malum ; sed querimus essentiam libertatis in communi , quam non consistere in illa indifferentia certum est.

Tamen si vera libertas sit charitas , ut infra ostendemus , liberum tamen arbitrium non solum remanet in malis hominibus , sed etiam in damnatis , liberum inquam , est sed non liberatum . Hinc August. Liberum

arbitrium usque adeo in peccatore non
perire ut per illud peccent maxime omnes,
qui cum delectatione peccant, & amore
peccati hoc illis placet, quod eis libet, &
in codem libro, hac voluntas qua lib-
era est in malis, quia delectatur malis,
ideo libera in bonis non est, quia liberata
non est.

L. 1. ad
Bonifa.

Ex his colligitur liberum arbitrium etiam in damnatis remansisse:
siquidem facultas est naturalis, nec
ullis peccatis amitti potest: hinc Ber-
nardus, sicut celestis Angelus, aut
etiam Deus ipse permanet libere bonus,
propria videlicet bonitate, non aliquâ ex-
vinsecâ necessitate; sic profecto Diabolus
aque libere in malum, & corruit & per-
fudit. Non solum libertas, sed etiam
indifferentia remansit in dæmoni-
bus, non indifferentia contrarietas
ad bonum & malum: nam sunt ob-
firmati in malo; sed indifferentia
contradictionis ad agendum, & non
agendum, & indiferentes sunt ut
tentent unum potius quam alium,
nisi Deus aliter disponat.

L. 3

Dixerit aliquis, Augustinum videti sibi contrarium: nam multis in locis negat liberum arbitrium esse in malis. *Hæc (inquit) voluntas erit liberior quanto sanior , tanto sanior quanto diuinae gratiae misericordia que subiectior :* ergo ex August. libertas cum sit quædam sanitas interioris hominis nonnulli ad iustos pertinet. *Vbi autem spiritus Domini ibi libertas , si ergo seruis sunt peccati , quid se iactant de libero arbitrio ?* & alibi docet in malis liberum esse arbitrium ad male agendum sine adjutorio Dei , & liberam voluntatem , sed quasi scipsum cortigens subnedit , quanquam non est libera voluntas , à quo enim quisque denicitus , huic seruus addictus est . & omnis qui facit peccatum seruus est peccati & si filius vos liberauerit , tunc vere liberi eritis , ex quibus scripture locis videtur concludere omnem libertatem perisse in peruersis hominibus.

Respondeo quod improbi sunt liberi , sed non liberati ; libertatem habent naturalem quæ dicitur libertas à necessitate , sive à coactione ,

potestatem habent & dominium in
suos actus ; imò videntur quodam-
modo libetiores quam boni , quia
sine auxilio Dei malum operantur ,
sed probi homines non sine gratiæ
auxilio possunt bene agere , at vbi
liberum usurpatur pro liberato , iux-
tā illud Apostoli , *nunc autem liberati
à peccato , serui autem facti iustitiae* , tum
peruersi homines non sunt liberati ,
nec dicuntur liberi libertate scilicet
filiorum Dei , siue libertate à pec-
cato ; sic igitur impij & infideles sunt
liberi in malo , & quasi liberi à iu-
stitia , sed non sunt liberati : nam ut
improprius quis dixerit tenebras vel
ignorantiam corrupti , sed potius
lux , vel scientia corruptitur ; sic
non proprius loquitur , qui improbos
dicit esse liberatos à iustitia , sunt
enim liberi à iustitia , sed non libe-
rati ; sancti autem sunt liberi , & li-
berati à peccato , quia homo ex con-
ditione sua subiectus est Deo & in-
teriorum Dominus , cum seruit Deo
& dominetur creaturis , tum vere

L 4

168 PHILOSOPHIA MORALS
dicitur liber, quemadmodum qui in
propria patria viuit, & principi suo
subditus est, liber dicitur: quod si
homo seruiat creaturis, tum vero
seruus est, ut qui a patria propria
exulat, licet forte sit liber a domi-
nio sui principis naturalis, captiuus
tamen dicendus est: patria vero ea
est ubi nascimur; patria anima & Deus
est: ergo ubi spiritus Domini, ibi
libertas, cum autem anima seruit
creaturn tum captiuua gemit sub ty-
ranno: in summa liberum seruitutem
excludit, & dominium seu potes-
tatem in proprios actus includit: &
liber quisquis ille sit, habet actus in
sua potestate, si liber est a iustitia,
Dominus est actuum quos exerit,
sed proprie non est liber, ratione
termini a quo, scilicet iustitiae, quia
non est liberatus, sed ratione actus
quem exerit, quique est velut ter-
minus ad quem, liber est, nam li-
bere operatur. Quivero liber est a
peccato, vero liber est, & liberatus,
& ratione utriusque termini per-

C A P V T VI.

*Quod libertas non consistit in in-
differentia contradictionis.*

Libertatem vulgo definiunt po-
tentiam spiritualem, quæ politis
omnibus ad agendum prærequisitis,
potest agere & non agere, quæ de-
finitio cum multis inuoluatur diffi-
culturibus longe abest à perfecta de-
finitione, quæ quantum potest, nihil
debet continere quod in quæstionem
cadat, sed maxima est quæstio utrum
de libertatis essentia sit indifferētia :
ergo alia & breuior & manifestior
& ab omni controversia immunis
definitio afferri debet ; dicimus ita-
que libertatem esse voluntatem ra-
tionalem, quæ definitio & breuior
est & perfectior, contineat enim
omni & soli libertati : vulgata autem
definitio ad summum conuenit li-

170 PHILOSOPHIA MORALIS
bertati humanæ in statu via, ut infra
ostendetur. Vbi est indifferentia,
est quidem libertas, sed non rerrò
commeat; nec vbi est libertas, sem-
per est indifferentia quod multiplici-
ratione nobis demonstrare incumbit.

Primo si libertas in illa versatili
indifferentia consistit, quo maior
erit indifferentia maior erit libertas,
quo minor indifferentia, minor li-
bertas: quod si hoc fatearis, vide
quot te consequantur absurdæ: pri-
mo enim qui ex concupiscentia pec-
cabit minus erit reus, quia minor
erit indifferentia: ergo minimum
erit peccatum, quod ex maximo
amore creaturæ, vel ex maxima de-
lectatione proficiuntur: nam eò ma-
ius est peccatum, quod maiori liber-
tate perpetratur: minus ergo intem-
perans peccabit, quam continens.

An dices cupiditatem non illam
indifferentiam, vel æquilibrium mi-
nuere? quis hoc vel somniauerit?
cum dicat Apostolus illam esse le-
gem peccati repugnantem legi

mentis, cum gemat quasi captiuus,
quanquam in illo non regnaret,
cogebat tamen eum exclamare, non
quod volo bonum hoc facio sed quod odi ma-
lum hoc ago, quis me liberabit de corpore
mortis huius, id est de concupiscentia,
quæ instar ponderis nos ad terrena
deprimit.

Secundo hinc sequitur quod mi-
nus libere operamur, cum ex habitu
agimus; quia ubi est habitus, eò mi-
nor est indifferentia, & maior incli-
natio ad agendum: ergo auarus cum
maximâ difficultate actum liberali-
tatis exercens, liberiùs ager quam
homo liberalis, qui ex habitu ope-
rabitur? an illud absurdum non est,
mercatorem libertime suas merces
in mare proiecere, quia maxime de-
liberat; nos autem non libere amare
felicitatem, nec libere agere qui
cum maxima delectatione agit, eum
autem libere operari qui cum diffi-
culty operatur? itane, non erit li-
bertas nisi ubi erit ignorantia, & in-
firmitas? non enim deliberamus nisi

172 PHILOSOPHIA MORALIS
propter ignorantiam , consilium
non mutamus , nisi propter levita-
tem voluntatis , aut infirmitatem :
an verisimile est sublatâ , tum igno-
rantiâ , tum infirmitate libertatem
aferri.

Tertio vix peccabunt sceleratissimi homines ; vix merebuntur sanctissimi , si libertas consistit in equilibrio : nam actio (ut omnes facen-
tur) quo liberior est , plus habet me-
riti , vel demeriti ; sed actiones san-
ctorum , vel scelerarorum minus
sunt liberæ , iuxta oppositam senten-
tiam , quia minus sunt indifferentes.
Si mutare potest (inquit Propheta)
*A Ethiops pellem suam , & pardus varie-
tates suas , & vos poteritis bonum facere ,*
*cum didiceritis malum. Hec sunt ab-
surda quæ vulgatam definitionem*
*libertatis consequntur ; sed alias ra-
tiones non minoris ponderis addere
oportet.*

Quod si libertas consistit in indif-
ferentia nullam habuisse libertatem
Christum Dominum atque adeo non

meritum fuisse, facile euinci potest: nam vel erat indifferens, qui Patri obeditet, vel non, si non erat indifferens, ergo iuxta aduersarios non erat liber, si autem poterat obedire & non obedire, poterat igitur peccare non obediendo, quod licet sit absurdissimum, Molina tamen non negat qui scribere ausus est voluntatem Christi perinde re ipsa fuisse liberam ad præcepta quæ sub culpa obligaret implenda, vel non implenda, ac si fuisse purus viator quam sententiam præter cæteros multiplici ratione erroris reuinctit Iacobus Capreolus.

Primo enim si beati sunt impeccabiles propter statum gloriae, multo magis Christus fuit impeccabilis, si stellæ quæ alienâ luce splendent immunes sunt à tenebris, multo magis lux ipsa, sanctitas ipsa non poterit inquinari per peccatum: quam enim beati habent sanctitatem per gratiam, nisi à Christo Domino, qui est sanctitas per essentiam & naturam?

Concordia
dæ qu.
14, 85, 13.

174 PHILOSOPHIA MORALIS
qui cum esset plenus gratia & veri-
tate non potuit per ignorantiam de-
liberare , multo minus errare.

Secundo dato possibili in actu ,
nullum sequitur absurdum (vt vo-
lunt Philosophi) ergo ex hypothesi
quod Christus peccasset , si fuit pec-
cabilis , nullum potuit consequi ab-
surdū iuxta Molinam : at quæ maior
absurditas , quam Deum peccare ?
cum enim omnis actio refundatur in
personam , si Christus peccasset ,
Deus ipse peccasset . Quod si dixe-
rint actionem illam futuram fuisse
naturæ humanaæ . Contrà ergo actio-
nes bonæ refunduntur in naturam
humanam , non in personam ; igitur
non sunt infiniti pretij , quæ omnia
sunt falsissima .

An respondebunt cum Molina ,
quod Christus non potuit peccare ,
quia Deus ab æterno præuidit non
peccatum : ergo non magis fuit
Christus impeccabilis , quam bea-
tissima Virgo . An dicent quod in
sensu divito fuit peccabilis , non in

sensu composito: sed hæc sunt mera effugia , fuit enim Christus per naturam impeccabilis , quia est naturæ filius Dci , quia est fons iustitiae . Deinde si Christus est peccabilis in sensu diuiso , non item in sensu composito , quia Deus præuidit non peccaturum , eadem ratione dicemus hominem esse inuulnerabilem , quia nunquam vulnerabitur ; esse insanabilem , quia nunquam sanabitur : quod si configuant ad decretum Dei efficax , quo statuit Christum non peccaturum , illud decretum iuxta Molinam libertatem destruit , quia necessitatem inducit.

Mirum quantas patiantur angustias vbi libertatem Christi explicare coriente. Coguntur quidam respondere Christum fuisse indifferenter , non ut præcepti substantiam impleret , sed ut circumstantias : ergo ex eorum sententia præcepti substantiam Christus non libere impleuit , quia non indifferenter. Deinde illæ circumstantiæ vel fuerunt

176 PHILOSOPHIA MORALIS
indifferentes, sed quoniam officium, quæ circumstantia vacare potuit merito; vel ad præceptum pertinebant, at Christus voluntatem Patris perfecte cognoscebat, cui non obedire non poterat: non modo quoad substantiam præceptis etiā quoad circumstantias.

Libertatem non possumus esse in æquilibrio, & indifferentia, iam ex libertate beatorum deduximus, qui cum perfecte Deo adhærent, non possunt level minimum à diuinâ voluntate separare, cum pleno illustrentur lumine, nullus consultationi est locus: quis autem dixerit beatos à sua libertate excidisse; cum libertas sit gemma naturæ intellectualis perfectissima, quod si in hac vita semper eligimus quod videtur melius, adeo ut nulla sit indifferentia in voluntate, sed tantum in ratione propter ignorantiam, & infirmitatem nostram, cum in beatis omnis ignorantia, omnis adeò infirmitas absorpta sit, nulla indifferentia relinquatur,

linquitur, nec in voluntate, nec in ratione. Tunc perfectam consequimur libertatem cum omnia votis nostris respondent, cum liberi sumus ab omnibus creaturarum angustiis, cum exuimus compedes quibus vincti tenebamur, cum ultimo fini perfectè adhæremus, cum nihil amplius licet infirmitati & ignorantia, cum denique perfecte sumus Domini actuum nostrorum, id est, cum voluntas potestati responderet, & omne quod volumus præfens est; ergo in beatis consummata est libertas quia hæc omnia in beatis reperiuntur, ubi tamen nulla est indifferencia.

Multa opponunt ex sacra scriptura quibus astrictur hominis liberum arbitrium indifferens ad bonum & malum, ut illud Ecclesiastici. *Deus reliquit hominem in manu consilij sui: ante hominem vita & mors; bonum & malum, & illud, beatus qui potuit transgredi, & non est transgressor;* quibus uno verbo nos respondemus nec

M

178 PHILOSOPHIA MORALIS
berum hominis arbitrium nos cuer-
tere , nec indifferentiam : immo fa-
temur in hoc statu flexible esse ad bo-
num & malum , quamvis non possit
bonum eligere sine Dei gratia , ut
docet magister sententiarum.

Eadem facilitate respondemus
omniū Patrum authoritatibus Aug.
in primis & Thomā cum ex indif-
ferentia demonstrant liberum ar-
bitrium , dicimus enim quod omne
indifferens est liberum , sed nega-
mus omne liberum esse indifferens:
ex indifferentia ergo demonstratur
liberum arbitrium , sicut ex specie
genus , ut ex homine animal , sed in-
ficiamur illam volubilem indifferen-
tiā naturam libertatis confitare ,
comitatur quidem hunc statum via-
torum propter voluntatis inconstan-
tiam , & intellectus tenebras , sed
quando evacuabitur quod est ex
parte , scilicet in patria , tum erit
voluntas constantissima , tum erit
apex libertatis.

Sed inquit Diuus Thomas de-

CHRISTIANA; 179
finit liberum arbitrium vitæ electi-
uam; eligimus autem media non fi-
nem, ergo libertas non est circa fi-
nem sed circa media.

Respondeo quod Diuus Thomas
speciem libertatis definit, non li-
bertatem in communi: nam maior
est libertas circa finem quam circa
media, ut ex eodem doctore iam
ostendimus: amatur enim finis pro-
pter ipsum, vnde amor finis est li-
berior, quam amor mediorum, quia
est magis sui gratiæ, nam ut ait Aug.
Facit tu domum quam si nolles facere, sine
habitatione remaneres, necessitas cogit
te facere domum, non libera voluntas.
Deinde, aliud est liberum arbitrium,
aliud libertas: liberum arbitrium sæ-
pius usurpatur, pro illa parte volun-
tatis quæ circa media versatur, &
definitur, vis electiva. Sed libertas
est voluntas, siue media, siue finem
respiciat.

Quod si libertas consistit in qua-
dam amplitudine naturæ intelle-
ctualis quam habet ex eo quod sit

M. z

180 PHILOSOPHIA MORALIS
spiritualis , quemadmodum existi-
mac Cardinalis Contarenus , & Gi-
bicus noster : manifestum est quod
maxima est libertas circa finem ul-
timum , maxima in beatis , qui cum
Deo adhærent quamdam immensi-
tatem consequuntur , & liberi sunt ab
angustijs creaturarum : nam ut Phi-
losophatur Scotus perfectissima a-
&gio voluntatis seu libertatis est ne-
cessariò adhærere ultimo fini : ergo
hæc firmissima adhæsio non repu-
gnat libertati : vnde cum sibi obie-
cisset quod ageret libere est sic agere ,
ut agens possit non agere : respondet
procedere hoc argumētum ex igno-
rantia huius quod est libere agere
& contingenter agere , libere agere
(inquit) non est posse non agere quando
agens agit : sed complacenter & eligibili-
ter , quasi se determinare ad agendum ,
sive contingenter se determinet , sive neces-
sario : ergo ex Doctore subtili aliud
est agere libere , aliud contingenter :
necessarium opponitur contingenti ,
non libero.

Quod li-
beto 16.

Opponet alius quod beati Deum non amant libere quia non est liberum illis Deum amare vel non amare, illud enim dicitur liberum quod est in nostra potestate, illud porro est in nostra potestate quod facimus si voluntus, non facimus si nolumus, ut ait Aug. l. de sp. & litt.

Respondeo quod beati amant Deum liberrime quia libentissime, nam, ut ait Aug. *praeceptum libere facit qui libenter*, & necessitas illa qua beati Deum amant est voluntaria & rationalis, oritur enim ex firmissima voluntate qua Deo adharent; quod autem fallit aduersarios qui negant aliquid esse liberum, nisi idem nobis sit indifferens, sunt actus imperati, in quibus vix est ylla libertas nisi sit indifferentia, verbi gratia cum libere ambulamus, possumus non ambulare, sed actus eliciti sunt essentialiter liberi quia sunt in nostra potestate sive sint indiferentes, sive non: nam ubi voluntas ibi libertas. Quod vero docet Aug.

M 3

182 PHILOSOPHIA MORALIS
illud esse si volumus facimus, si no-
lumus non facimus: intelligendum
in nostrâ potestate quod est disiun-
ctiue, hoc sensu, illud est in nostra
potestate, quod præsens est volun-
tati, & si volumus, facimus, non fa-
cimus, si nolumus, non exigit ut
possimus velle & nolle, sed sufficit
ut velimus, vel nolimus, quanquam
etiam explicari possit, de actibus
imperatis.

Sed inquies si omnis voluntatis
actus liber est, quidni & actus in-
deliberati, qui à voluntate profici-
cuntur?

Respondeo quod actus indelibe-
rati, ideo non sunt liberi, quia non
prodeunt à voluntate rationali, tum
enim voluntas quasi perdidit domi-
nium suum internum, & agit ex im-
potentia potius quam ex imperio,
agit ex necessitate quadam cæcâ, vt
pater in ebrijs & phæneticis; unde
quodammodo cogitur voluntas, vt
suprà diximus.

Contra inquies, voluntas semper

sequitur rationem , ergo etiam in motibus indeliberatis non agit ex eo impetu , sed ut rationalis.

Respondeo quod in moralibus parum prouincho habetur : licet voluntas semper sequatur rationem , tamen in motibus indeliberatis & inconsultis , non agit homo ut rationis compos , & vix ullus rationis radius eluet : quare in his motibus voluntas ignorantiae & infirmitatis captiuia , non est domina suorum actuum : nedum actionum exteriorum , cum enim exciderit a dominio interno perdidit & externum.

Sed ut nullum calumniæ locum relinquamus , fatemur , nos habere duplarem indifferentiam , alteram circa finem rectum à quo possumus deflectere , alteram circa media : primam non habuit Christus quia non potuit peccare , secundam habuit , poterat enim vgr. non mori , si Pater aliter imperasset , quæ quidem indifferentia , melius vocaretur independentia ab obiectis vel me-

184 PHILOSOPHIA MORALIS
dijs, & est essentialis libertati quæ
circum media versatur : sed est indif-
ferentia potentiarum & facultatis, non
actionis, potuit Christus non mori
ex naturali facultate, sed ex hypo-
thesi quod præceptum moriendi ac-
cepit a Patre, non potuit non
mori. Vnde positis omnibus ad
agendum prærequisitis, v. gr. posito
præcepto Patris æterni, voluntas
Christi non manebat indifferens,
& in æquilibrio.

C A P V T VII.

De divisione libertatis.

Libertas diuiditur a diuino Bernar-
do in libertatem a necessitate,
seu coactione, libertatem a pec-
cato quæ sit per gratiam, & liber-
tatem a miseria quæ conceditur per
gloriam ; in qua diuisione tria consi-
derari possunt: terminus a quo libe-
ramur, prius a necessitas, peccatum,

& miseria; terminus ad quem, qui estactus quem habemus in nostra potestate, & modus quo liberamur qui nihil est aliud quam complacentia, vel delectatio, ut infra demonstrabitur. Hanc libertatis partitionem omnes Doctores receperunt post magistrum sententiarum, est, inquit, libertas triplex scilicet à necessitate, à peccato, à miseria; à necessitate & ante peccatum, & post, aque liberum est arbitrium, sicut enim tunc cogi non poterat, ita neque modo. Vbi manifestum est quod per libertatem à necessitate magister intelligit necessitatem à coactione, cui consentiunt omnes scholastici, & in primis magister Sancti Bonaventuræ, & Alexander Halensis, triplex, inquit, est libertas naturæ, gratiæ, & gloriæ; libertas naturæ, libertas est à coactione, libertas gratiæ à culpa, libertas gloriæ à misera: hinc Caluinus, obtinuit, inquit, in scholis distinctio, qua triplicem libertatem numerat à necessitate primam, secundam à peccato, tertiam à miseria qua-

L. 2. dist.
25.

L. 2. inst.
c. 2.

186 PHILOSOPHIA MORALIS
rum prima sic homini naturaliter inheretat
ut nequeat vello modo eripi, duæ alteræ per
peccatum sint amissæ; hanc distinctionem
ego libenter recipio, nisi quod illuc nece-
ssitas perperam cum coactione confunditur,
fascit ergo Caluinus libertatem à
necessitate apud Doctores esse li-
bertatem à coactione sed illud non
vult admittere.

L. I. ad
Bonif.

Distribuitur libertas ab August.
post Apostolum in libertatem à iu-
stitia, & libertatem à peccato: Li-
bertas periret per peccatum, sed illa que in
Paradiso fuit habendi plenam cum immor-
talitate iustitiam, propter quod natura hu-
mana diuinâ indiget gratiâ, dicente Do-
mino si vos filius liberaverit, tunc vere
liberi eritis. Vnde & Apostolus cum es-
seis, inquit, serui peccati, liberi fuistis
iusticia, ecce ostenduntur etiam peccato
minime potuisse nisi alia libertate seruire:
liberi ergo à iustitia non sunt, nisi arbitrio
voluntatis, liberi autem à peccato non sunt,
nisi gratiâ saluatoris: propter quod admirabilis
Doctor etiam verba ipsa discrevit,
cum enim serui essetis, inquit, peccati, li-

beri suis istis iustitiis; nunc autem liberati à peccato liberos dixit iustitia, non liberatos. A peccato autem non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed vigilansimè maluit dicere liberatos, referens hoc ad illam Domini sententiam si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis; & infra explicans quomodo libereretur arbitrium: Nec (inquit) liberum erit, quod liberator non liberauerit, sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitia vel occulus, vel manifestus deceptor infernit, vel sibi ipsi persuasit: non itaque sicut dicunt nos quidam dicere & iste audet insuper scribere omnes in peccatum veluti iniusti carnis sua necessitate coguntur; sed si iam in ea aetate sunt, ut propria mentis voluntariorum arbitrio, & in peccato sua voluntate retinentur, & à peccato in peccatum suā voluntate precipitantur; neque enim agit in eis etiam qui suadet, & decipit, nisi ut peccatum voluntate committant, vel ignorantia veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel veroque malo, & cecitatis, & infirmitatis; sed hæc voluntas que libera est in

Libertas autem à peccato non tantum consistit in remissione peccatorum quemadmodum sibi persuadebant Pelagiani; sed etiam in libertate à concupiscentiâ; non enim modo prâterita peccata dimittit gratia, sed etiam à futuris præseruat, vincula concupiscentiæ disrumpens; vnde cum dixisset Apostolus, *non quod volo bonum hoc ago; sed quod odi malum hoc facio subiectus miser ego quis me liberabit de corpore mortis huius?* id est à duro concupiscentiæ iugo: statim respondet, *gratia Dei per Iesum Christum, anima siquidem rationalis cum per seipsum non possit esse felix, seruiat necesse est aliqui à quo suam expectet beatitudinem, nemo enim, ut ait August. seruit nisi cum aliqua libertate, & nemo liber est nisi cum aliqua seruitute.* Voluntas amori terreno obligata non potest seruire iustitiae. Hinc Aug. Primum, inquit, *monemus ne mundum ametis,*

*ut cum qui fecit mundum libere ametis,
obligata enim anima amore terreno quasi
viscum habet in pennis, volare non potest;
sic quando delectatur summo bono
minuitur libertas ad malum: nam vt
infra ostendemus, nihil aliud nos
efficit liberos (id est) nihil ponit
actus in nostra potestate, nisi delectatio,
itaque delectatio cœlestium
nos efficit liberos ad bonum; delectatio
terrenorum voluntatem liberam reddit ad malum: illa est charitas:
hæc cupiditas; illa subleuat,
hæc deprimat, his tanquam duabus
ponderibus tota nostra vita liberatur.*

C A P V T VIII.

*Quod liberum arbitrium sine Dei gratia
non nisi ad peccandum valeat.*

EA non est Augustini vel vnius
Doctoris sententia sed totius Ec-
clesiæ consensus: nam [vt ait Aug.]
Nec potest homo boni aliquid velle, nisi L. i. ad
Bonifa,

190 PHILOSOPHIA MORALIS
adiminetur ab eo , qui malum non potest
velle : bac est gratia Dei per Dominum
noscum Iesum Christum , omne enim quod d
non est ex fide peccatum est , hoc isti Pelagiani
nolunt elati , & superbi , nec par-
gando defensores , sed ex iollendo præcipi-
tatores liberi arbitrij , qui non ob aliud
nobis hac dicentibus indignantur , nisi
quia gloriari in Domino dedignantur .
Quod auxilium diuinæ gratiæ etiam
in statu naturæ integræ fuit necessa-
rium , ut multis in locis docet San-
ctus Doctor , nec ipsum , inquit , lo-
quens de Adamo , ergo Deus esse va-
luie sine sua gratia , quam reliquit in eius
lebero arbitrio , quoniam liberum arbit-
rium ad malum sufficit , ad bonum autem
parum est , nisi adiunetur ab omnipotenti
bono .

Idem inculcat Epistola ad Sixtum:
natura enim humana , etiam si in illa in-
tegritate , in qua condita est permaneret ,
nullo modo seipsum creatore suo non adiu-
uance seruaret , cum igitur sine Dei gratia
salutem non posset custodire , quam accepit ,
quomodo sine Dei gratia potest reparare

L. de cor-
reptione
& gratia
c. II.

quod perdidis, quæ verba Concilium Arausicanum in Canonem redigunt: hoc identidem repetit Concilium, diuini est munerus, cum & recte cogitamus, & pedes nostros à falsitate, & iniustitia tenemus, quoties enim bona agimus Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur operatur, item, debetur merces bonis operibus si sunt, sed gratia quæ non debetur præcedit ut sint & multa in homine bona sunt quæ non facit homo, nulla vero facit homo bona, quæ non Deus praestet ut faciat homo.

Canon 19.

Nec aliud docuerant ante Concilium Arausicanum summi Pontifices, & maxime Innocentius primus, scribens ad Concilium Carthaginense, quotidiana (inquit) praefat ille remedia quibus nisi freti consisque nitanur nullatenus vincere humanos poterimus errores; necesse est enim ut quo modo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur, & scribens ad Concilium Mileuitanum, aduerit tandem quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frangat

192 PHILOSOPHIA MORALIS
eius visiter, in prævaricationem præsum-
ptione concideret, nec ex hac potuit erui,
nisi ei prouidentia regenerationis statum
pristinae libertatis Christi Domini refor-
masset aduentus, & loquens de Dei
gratia, quippe (inquit) nec alias Dia-
boli machinas nisi eadem possumus iuuante
vitare. Summo Pontifici Innocentio
concidit summus Pontifex cœle-
stius, Epistola ad Episcopos Galliæ
quam conscripsit, ut Diuum Augu-
stinum à calumnijs Massiliensium
vindicaret, in qua Epistola loquens
de auxilio Dei, *quod ita Deus in cordi-
bus hominum atque in ipso libero operetur*
*arbitrio, ut sancta cogitatio, prius con-
silia, omnisque motus bona voluntatis ex*
*Deo sit, quia per illum aliquid boni pos-
sumus, sine quo nihil possumus,* & idem
Pontifex declarat se hunc Canonem
recipere Concilij Carthaginensis,
quisquis dixerit ideo nobis gratiam iustifi-
cationis dari, ut quod facere per liberum
iubemur arbitrium, facilius possimus im-
plere per gratiam, tanquam si gratia non
daretur, non quidem facile, sed tamen
possimus

*possimus sine illa implere diuina mandata,
Anathema sit. De fructib⁹ enim mādatoris
Deus loquebatur, vbi non ait sine me nihil
difficilis potestis facere, sed ait, sine me
nihil potestis facere. Pelagiani enim
ne gratiæ inimici viderentur, sole-
bant dicere quod per gratiam bo-
num facilius operamur, sicut nauis
facilius vbi ventus secundus perflat,
cetur. Hinc Aug. Volens veque cre-
di, Pelagius, tantas esse naturæ vires,
ut etiam sine auxilio Spiritus sancti eis
minus facile, tamen aliquo modo nequam
spiritui resistatur. Ut quod per liberum
(inquit Pelagius) homines iubentur
facere arbitrium, facilius possint implere
per gratiam. Tolle (inquit August.)
facilius, & non solum plenus, verum
etiam sanus est sensus. Itaque constans
est Ecclesiæ doctrina, quam Papa
Cœlestinus declarat, ut non dubite-
mus ab ipsis gratiâ omnia hominio merita
præueniri, per quem fiat ut aliquid boni,
& velle incipiamus, & faceve, quo uti-
que auxilio, & munere Dei non auferatur
liberum arbitrium, sed liberatur, ut de*

L. de gra-
tia Chr.
c. 27.

N

194. PHILOSOPHIA MORALIS
tenebroso lucidum, de pravo rectum, de
languido sanum, de imprudente sit pro-
mūdum.

Vnde amabo sancti Pontifices
hanc doctrinam hauserunt, nisi de
fontibus veritatis? sine me (inquit
veritas) nihil potestis facere, quod
etiam explicat exemplo palmitis
qui non potest ferre fructum, nisi
in vite permanserit, cuius præco
& Apostolus, nihil nobis perinde
commendat ac necessitatem gratiæ,
& testatur, quod non sumus suffi-
cientes ex nobis tanquam ex nobis
aliquid cogitare, quod Deus dat
velle & perficere, incipit & perficit.

Rationem si quæris cur nihil li-
berum arbitrium, nisi ad peccandum
valeat, iam reddimus ex Augustino:

Epi. 89. c Quia non potest homo boni aliquid velle,
nisi adiungetur ab eo qui malum non potest
velle; & alibi, quia libertas sine gratia,
non est libertas sed contumacia, & ut
exemplo eiusdem doctoris utar; sicut
corporis oculus non adiungetur à luce, vt
ab eadem luce clausus auersusque discedat,

L. 2. de
pecca.
meritis.

ut autem videat adiunatur ab ea, neque
hoc omnino nisi illa adiunuerit potest, ita
Deus qui lux est hominis interioris adiunctor
nostræ mentis obtutum, ut non secundum
nostram, sed secundum eius intentionem bona
aliquid operemur. Quæ ratio non
modo euincit auxilium gratiæ ad
omnes actus esse necessarium in statu
naturæ corruptæ, sed etiam in statu
naturæ integræ, in quo (ut docet
Augustinus) Adiutorium Dei esset tan-
quam lumen sanis oculis quo adiunctor vi-
deant se præbere voluntibus.

Necessitatem gratiæ ad omnes
actus ex ipsa oratione demonstra-
runt Sancti Patres, orat ergo ut non
peccet, inquiunt Episcopi scribentes
Innocentio, hoc est ne quid faciat mali,
vnde satis apparet, quod ad non peccan-
dum, id est, ad non male faciendum quam-
uis esse non dubitetur arbitrium voluntati-
ris, tamen eius potestas non sufficit, nisi
adiunetur infirmitas, ipsa igitur oratio cla-
rissima est gratie testificatio, idem docet
summus Pontifex Cœlestinus, ni-
mirum, quod legem credendi lex statuit

N 2

196 PHILOSOPHIA MORALIS
supplicandi : hinc sape August. ex
orationibus Ecclesiae necessitatem
gratiæ colligit , nihil enim est ab-
surdius quam orare vel petere , quod
sit in nostra potestate , prorsus non ora-
mus Deum , sed orare nos fingimus , si nos

Ep. ad vi-
talem.
mus , prorsus non gratias Deo agimus ,
sed nos agere fingimus . si vnde illi gratias
agimus ipsum facere non putamus . Li-
berum itaque sic defendatur arbitrium ve-
humilitate solidetur , non elatione præci-
pitetur . Et inter ea quæ proponit
vitali credenda , scimus (inquit) gra-
tiam Dei nec parvulis nec maioribus se-
cundum merita nostra dari : scimus ma-
ioribus ad singulos actus dari ; scimus non
omnibus hominibus dari .

Inter Augustini discipulos Sanctus
Prosper eamdem veritatem multis
in locis confirmat maxime in car-
mine de ingratis , vbi loquens de
gratia .

*Quæ nisi plena malis nou inuenie , & nisi
docet*

Quæ bona sunt , nihil efficit bene cœca vo-

lantas:

Hac ut cuiusquam studio affectuque pe-
tatur

Ipsa agit, & cunctis dux est venientibus
ad se,

Perque ipsam nisi curratur non iur ad
ipsam:

Ergo ad iter per iter ferimus, sine lumine
lumen

Nemo videt, vitam sine vita inquirere
mors est.

Vbi docet Sanctus Prosper quod
nequidem possumus petere gratiam
vel minimum desiderare sine gratia,
& maxime in statu naturæ depra-
vatae in quo.

Nec iam captiuos oculos extollere in altum
Sponte potest: quoniam hoc etiam spoliante
tyranno

Perdidit, ut quanto iaceat sub vulnere
norit.

Voluntas igitur sine gratia cæca &
infirma nullum potest bonum actum
exerere.

Quæ sine te quid agit, nisi quæ procul
exulet à te?

N 3

198 PHILOSOPHIA MORALIS
Principes semper calles, & deuia motu
Ingressus a suo nissi fessam tu bone & agrana
Suscipias, referas, foneas, tuearis, ho-
nefies.

C A P V T I X.

Quomodo vulneratum arbitrium liberetur

Homo (ut ait Aug.) male viens li-
bero arbitrio & se perdidit & ipsum:
nam, illa est pœna iustissima peccati,
ut amittat unusquisque quo bene vti no-
luit, sed ut multis in locis docet, li-
berum arbitrium ad bonum perdi-
dimus, sicutamen ut liberari potuerit;
est enim duxata inclinatum, & in-
firmitatum, non cuersum, non amis-
sum. Duplici vulnera concretum est
ignorantia & infirmitate. In illas
igitur (inquit August.) ignorantia den-
sissimas tenebras, ubi anima infantis re-
centis ab vero, utique anima hominis,
utique anima rationalis non solum in-
docta, verum etiam indocilis iacet,

quare aut quando, aut unde contrusa est,
si natura est hominis sic incipere, & non
iam vitiosa est ista natura, cur non talis
creatus est Adam? pergit & describit
tenebras animi humani, iste autem
nesciens ubi sit, quid sit, à quo creatus,
à quibus genitus sit, iam rius delicti, nec-
dum capax præcepti, tam profunda igno-
rancie caligine innolutus & pressus, ve-
neque tanquam de somno excitari possit,
ut hac saltem demonstrata cognoscatur, sed
expectetur tempus, quo hanc nescio quam
velut ebrietatem, non per unam noctem,
sicut quelibet grauißima solet, sed per alio
quot menses, atque annos paulatim digerat.

Infirmitas autem animi nihil
aliud est quam concupiscentia, de
qua multa in superioribus diximus;
qua non modo est plaga primi pec-
cati, sed etiam est quasi canalis per
quem traducitur, ut facile esset ex
Augustino demonstrare, nisi ad alia
festinaremus. Mitto cæteras infirmi-
tates quas experimur, natura ista in-
tantas & tam manifestas collapsa misera-
rias, salvatorem, liberatorem, munda-

L. 1. de
peccato.
meritis.

L. 3. con-
tra Iul.

N 4

200 PHILOSOPHIA MORALIS
torem, redemptorem Christum habet ne-
cessarium, non Julianum, non ecclesiasticum,
non Pelagium laudatorem; & alibi, sed
in his, quae meminisse iam non potest par-
auos intuere, quot & quanta mala pa-
tiantur, in quibus vanitatibus, crucia-
tibus, erroribus, terroribus crescent;
deinde iam grandes etiam Deo seruientes
tentat error ut decipiat, tentat labor, ant
dolor ut frangat, tentat libido ut accen-
dat, tantat miseror ut sternat, tentat ty-
phus ut extollat. Quod etiam elegan-
ter alibi describit, vbi de infirmitate
infantium loquitur, homini nato nec ad
incessum pedes idonei, nec manus saltem
ad scalpendum habiles, & nisi ope nueri-
entis admotis labris papillæ uberis inge-
rantur, nec ubi sine sentiunt, & iuxta se
iacentibus manumis, magis possunt esu-
rientes flere quam fugere. Ex quibus &
alijs innumeris Sandius Doctor de-
monstrat peccatum originale contra
Pelagianos, vulnera liberi arbitrij,
necessitatem gratiae medicinalis,
orare sinatur ut sanetur, quid tanum de
naturæ possibility præsumitur, vulnerata,

L. 4. con-
tra Iul.

L. de na-
tura &
gratia.

fanciata, vexata, perdita est; vera confessione non falsa defensione opus habet, gratia ergo Dei non quā instituatur, sed quā restituatur queratur.

Sanctus Prosper utrumque liberi arbitrij vulnus ignorantiam & infirmitatem ex praeceptore suo Augustino eleganter describit.

— *Transcurrit enim viro sa per omnes
Peccati ebrietas, corrupti & cordis in alio
Perficit, crudeliter feruet carbunculus escā:
Hinc animi vigor obtusus caligine tetra
Induitur, nec fert divina fulgura lucis
Lumen iners: hinc arbitrium per denia
lapsum
Claudicat, & cecis conatibus, inque
ligatis
Motus inest, non error abest: manet ergo
voluntas
Semper amans aliquid quō se ferat, &
labyrinthū
Fallitur, ambages dubiarum ingressa via-
rum;
Vana cupit, vanis tumeret & timet, om-
nimodaque
Mobilitate mīs, in vulnera vulnerē surgit.*

Quod autem liberum arbitrium per gratiam liberetur, non demonstratur ostendit idem Sanctus.

Hoc itaque arbitrium cum sanat gracia tollit

Dicitis, & perimi vita aspirante putatis :
Quid mirum rabido si corde phreneticus eger

Morbum amat, & pellit medicum : cognoscite tandem

Antiquis commenta dolis, & desuete capias

Aures vipereo rursum prebere susurro :

Parcite de fractis præcervere noxia ponit

Arburi ramis.

Cum igitur ignorantia & infirmitas liberum arbitrium captiuum teneant, necesse est ut liberetur per cognitionem, & delectationem rerum coelestium; siquidem delectatio quæcumque sit illa ponit actum in potestate nostra, quod ex Augustino demonstrare non est difficile. Nolunt (inquit) homines facere quod iustum est, sine quia latet an iustum sit, sine quia non delectat; tanto enim quidque vehementius

L. 3. de
peccata.
meritis.

volumus, quanid certius quam bonum sic nouimus, enque delectamur ardenter: ignorantia igitur, & infirmitas virtus sunt, que impedit voluntatem ne moueatut ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinentem, ut autem innotescat quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat, gratia Dei est quae hominum adiuuat voluntates.

Delectationem illam quā liberatur arbitrium à concupiscentia, sēp̄ August. appellat victricem, eamque esse gratiam medicinalem & reparatricem, sexentis in locis docet. Nos autem (inquit) quantum concessum est sapiamus, & intelligamus si possumus Dominum Deum bonum, ideo etiam sanctis suis alicuius operis iusti aliquando non tribuere, vel certam scientiam, vel victricem delectationem, ut cognoscant non à scip̄sis, sed ab illo sibi esse lucem quā illuminentur tenebra eorum, & suavitatem quā dei fructum suum terram eorum: cum autem ab illo, illius adiutorium deprecamur ad faciendam perficiendamque iustitiam, quid aliud depreca-

204 PHILOSOPHIA MORALIS
mar, quam ut aperias quod latebat, &
suave facias quod non delectabat, quia &
hoc ab illo esse deprecandum eius gratia
didicimus, dum antea non delectaret,
ut quis gloriatur non in se sed in Domino
glorietur. Quid igitur est gratia iuxta
Augustinum, nisi suavitas quædam
& delectatio vincens delectationes
terrenorum. Injustitia ex Deo dicitur,
que datur per gratia beneficium, ut non
sit terrible, sed suave mandatum, sicut
oratur in Psalmo. Suavis es Domine, &
in tua suavitate doce me iustitiam tuam,
id est, ut non formidine pœna seruitur
cogar esse sub lege, sed libera charitate
delecter esse cum lege: præceptum quippe
libere facit, qui libens facit. Hinc sape
docet omnia esse charitati prona &
facilia. Eo quippe ipso quo firmissime
creditur Deum iustum & bonum impossibi-
litas non potuisse præcipere, hinc admis-
nemur & in facilibus quid agamus, &
difficilibus quid petamus, omnia quippe
sunt facilia charitati, cui vni Christi far-
cina lenis est. Quomodo ergo diceretur
proper verba labiorum tuorum ego custo-

L. de gra-
tia Chri

L. de nat.
& grat.

CHRISTIANA: 205
dini vias duras , nisi quia utrumque
verum est , dura sunt timori , leues
amori.

Frustra ergo scholastici magis
vitibus inter se contendunt , an
gratia sit pia cogitatio , an qualitas
intentionalis , an bona affectio vo-
luntatis , nihil enim aliud est iuxta
Augustinum præter illustrationem
Intellectus , & suavitatem , sive cha-
ritatem . Cognitionem , & dilectionem
sicur sunt discernenda discernat , quia L. de gratia
Christi
scientia inflat , charitas edificat , &
tunc scientia non inflat , cum charitas
edificat , & cum sit utrumque donum
Dei , sed unum minus , alterum maius ,
non hic iustitiam nostram super laudem
iustificatoris nostri extollat , ut horum
duorum quod minus est divino tribuat
adinteriori , quod autem maius est humano
vsurpet arbitrio .

Ex his manifestum est cur Augu-
stinus subinde doceat charitatem esse
libertatem , siquidem iuxta eundem
doctorem sanitas charitas , tunc ple-
na sanitas quando plena charitas ,

206 PHILOSOPHIA MORALIS
infirma siquidem est voluntas cum non potest bonos actus elicere, id est cum non habet in sua potestate bonum, sanatur autem per charitatem.
Erant, inquit, legis tempore homines Dei sub gratia delectante, sanante, liberante, tum enim libertas plena est, & perfecta cum non diuiditur sed ex se tota Deum diligit, cum, inquit, in haseroti ex omni me, nusquam erit mihi dolor & labor, & una erit vita mea tota plena te, nunc autem quoniam quem tu implexus sublevas eum, quoniam tui plenus non sum oneri mibi sum.

An delectatio illa quæ nos liberos facit, est in nostra potestate? an Dei munus? audiamus Augustinum, quis animo amplectitur aliquid, quod cum non delectet? aut quis habet in potestate ut vel occurrat aliquid quod eum delectare possit, vel delectet cum occurrit? & eodem in loco docet quod voluntas moueri non potest nisi aliquid occurrat quod eam delectet atque insitetur.

Delectatio illa seu complacentia omnes voluntatis actus vel antecedit

L ad sim.
pli. qu. 2.

vel comitatur, est enim amor quasi prima voluntatis rota, primumque mouens; nam amore, & delectatione trahimur. Hinc August. explicans illud saluatoris. Nemo potest venire ad me nisi Pater traxerit eum, ego dico parum est voluntate, etiam voluptate traheris, porro si poeta licuit dicere.

— *Trahit sua quenque voluptas.*

Non necessitas sed voluptas, non obligatio, sed delectatio; quanto fortius dicere debemus, trahi hominem ad Christum qui delectatur veritate.

Vnde ergo accedit, ut voluntas non semper habeat actus bonos in sua potestate? vnde non potest ingenitis motibus leges dare, ut volcbat Julianus? vnde secum pugnat ipsa voluntas? nisi quia non habet delectationem victricem, vult sed non plene vult, quemadmodum eleganter l. 8. confessionum explicat Augustinus. *Spirabam (inquit) ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate; velle meum tenebat inimicus,* & inde mibi catenam ficerat, & con-

strinxerat me ; quippe ex voluntate peruersa facta est libido, & dum seruitur libidini facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas, quibus quasi ansulis quisbusdam, fibimet innexis (unde catenam appellauit) tenebat me obstrictum duro seruitus. Videsne nudam voluntatem non sibi sufficere ut velle possit, cum enim vincitur & vincitur viscosis ac terrenis delectationibus, aut prava consuetudine, non potest facile se se expedire, saepe in duas secatur voluntates, ut eodem in loco docet Sanctus Doctor. Ita duo voluntates meæ, una vetus, alia noua, illa carnalis, ista spiritualis confligebant inter se, atque discordando dissipabant animam meam.

Pergit explicare discordis voluntatis motus quos in sua conuersione sentiebat. Ego autem adhuc terra obligatus militare tibi recusabam, & impedimentis omnibus sicutinebam expediri, quemadmodum impediri timendum est ; ita sarcina seculi, velut somno affolet dulciter pramebat, & cogitationes quibus meditabar

meditabar in te similes erant conatibus
expercisci volentium, qui tamen superati
sopores altitudine remerguntur, Et sicut
nemo est qui dormire semper velit, om-
niumque sano iudicio vigilare præstat,
differt tamen plerumque homo somnum
excutere, cum grauis torpor in membris
est, eumque iam displicentem carpe li-
bentius, quamvis surgendi tempus adue-
nerit, ita certum habebam esse molitus tue
charitati me dedere, quam meæ cupiditati
cedere, sed illud placebat, et vincebat,
hoc libebat et vinciebat, non enim erat
quod tibi responderem dicenti mihi, surge
qui dormis, Et exsurge à mortuis, Et il-
luminabit te Christus, Et vndeque ostend-
enti vera te dicere, non erat omnino
quod responderem veritate convictus, nisi
tantum verba lenta et somnolenta, modò.
Ecce modo, sine paululum, sed modò et
modò non habebant modum, et sine pau-
lulum in longum ibat.

Voluntas igitur pugnat ipsa se-
cum cum aliud placet aliud libet,
cum non plene vult (ut explicat
idem Doctor) Nam non solum ire,

O

210 PHILOSOPHIA MORALIS
verum etiam pervenire illuc , nihil erat
aliud quam velle ire , sed velle fornicari , &
integre , non semisanciam hanc atque hanc
versare , & iactare voluntatem , partem
assurgentem cum alia parte cadentie lu-
ctantem . Vnde hoc monstrum & quare
istud imperat animus corpori , & pareatur
statim , imperat animus sibi , & resilitur .
imperat animus ut moueat manus , &
tanta est facilitas ut vix a servitio dis-
cernatur imperium , & animus , animus
est , manus autem corpus est . Non igitur
monstrum partim velle partim nolle , sed
aegritudo animi est , quia non totus assurgit
veritate sublenatus , consuetudine praga-
natus , & ideo sunt due voluntates , quia
una carum tota non est , & hoc adest alteri ,
quod deest alteri .


Illa porro discordia infirmitatis
est argumentum , & primi peccati
supplicium . Nec plene volebam , nec
plene nolebam , ideo mecum contendebam ,
& dissipabam a meipso & ipsa dissipatio
me iniicio quidem siebat nec tamen often-
debat naturam mentis aliena , sed poenam
mea , & ideo non iam ego operabam illam ,

*sed quod habuabat in me peccatum, de
suppicio liberioris peccati, quia eram fi-
lius Adam.*

Sed ne quis calumnietur doctri-
nam Augustini, cum docet volun-
tatem solam non habere suos actus
in potestate suâ, nisi quadam dele-
ctione perfundatur, per delecta-
tionem non intelligit ultimum vo-
luntatis actum, qui proprio nomine
donatur, sed quandam complacentiam, quæ se se omnibus vo-
luntatis actibus imminiscet, eosque
antecedit, comitatur, & sequitur,
quo amore tanquam oleo voluntas
perfusa, libere mouetur. Ita etiam
cum eternitas delectat superius, & tem-
poralis boni voluptas retentat inferius, eä-
dem anima est, non tota voluntate illud,
aut hoc volens, & ideo discerpitur gravi
molestia, dum illud veritate præparari, hoc
familiaritatem non ponit: sic agrotabam &
excruciabar, accusans memet ipsum solito
acerbius nimis, ac volvens & versans me
in vinculo meo, donec abrumperetur to-
tum quo iam exiguo tenebar, sed tenebar

O 2

212 PHILOSOPHIA MORALIS
tamen ; & instabas tu in cœlulis meis
Domine siuerâ misericordiâ, flagella in-
geminans timoris & pudoris, ne rursus
cessarem & non abrumperetur idipsum
exiguum & tenui quod remanserat & re-
ualesceret iterum, & me robustius alli-
garet, dicebam enim apud me intus, ecce
modo fiat, modo fiat, & cum verbo iam
ibam in placitum, tam pœne faciebam, &
non faciebam ; hesitans mori morti, &
vita vivere ; plusque in me valebat dete-
rrias insolitum, quam melius insolitum,
punctumque ipsum temporis quo aliud fu-
turus evam, quanto propius admouebatur,
tanti ampliorem incutiebat horrorem, sed
non recutiebat retro, nec auertebat, sed
suspendebat.





DISSERTATIO III.

De concurso diuino.

PRÆFATIÖ.



Mnes ferè de gratia, &
libero arbitrio contro-
uersis, quæ in hâc ip-
felici tempestate Chri-
stianum orbem exagi-
tant, hûc redeunt, utrum gratia sit
per se efficax, an efficaciam suam à
natu voluntatis mutuetur? an à li-
bero suspendatur arbitrio? hic totius
disputationis cardo, hinc ceteræ
quæstiones de perseverantia dono,
de gratia sufficienti quasi religantur:
quod si facetas gratiam per se effi-
cacem & vietricem ad singulos actus
esse necessariam, nec consensum

O 3

214 PHILOSOPHIA MORALIS
nostrum expectare , sed efficere ,
adecū ut non solum det posse , sed
etiam velle , & agere , profectō nul-
lam aliam ad bene agendum suffi-
cere , neque omnibus gratiam suffi-
cientem dari , prædestinationem seu
præparationem beneficiorum Dei ,
omnino esse gratuitam , post pecca-
tum originale Deum non habere vo-
luntatem sinceram , & quantum in
ipso est efficacem omnes & singulos
saluandi , si modò tu tibi constare
velis , fatearis necesse est . Iam verò
si quis has controversias , mentis
humanae acie , & naturali lumine
velit discutere , nihilò plus agat ,
quam si dicit operam , ut cum ratione
insaniat , non ut Philosophia natu-
ralis , sic Moralis : in illa , vix autho-
ritati locus est , omnia sensu &
ratione explorantur : in hâc authori-
tatis pondus prævaleret , ratio famu-
latur : quisquis ergo sinceris oculis
veritatis lucem intueri voleret , pri-
mùni , omne anticipatae opinionis
præiudicium deponat , tum inscrip-

turis, Concilijs, summorum Pontificum d̄cretis, diu multamque versetur, nec res diuinis, ex humana ratione metiatur, quod si scripturam, Conciliorum, & Pontificum decreta obscuriora videantur, adeo ut ad proprium cuiusque sensum fleeti, & intorqueri possint, quos sequuntur interpres? nisi eos quos sequitur Ecclesia, Augustinum & eius discipulos Prosperum, Fulgentium, quorum armis vieti & profligati sunt Pelagiani; absit, ut nostri temporis hæretici nobis obijciant, nos Augustino, Prospero, & Fulgentio, Iulianum, Cassianum, & Faustum anteponere, Doctorem gratiæ erroris erroribus debellasse, absit ut Massiliensium calumnias renouemus, & magistris nostris tanquam modum excesserint, obloquiamur quis nescit? quod viginti amplius annis contrà inimicos gratae Catholica acies huins viri ductu pugnauit & vicit; ut ait S. Prosper, nec unquam bunc sinistram saltem suspicionis rumor aspersit, inquit

Celest.
Papa ad
Epis. Gal.
Contra
coll. c. 1:
Ibidem.

216 PHILOSOPHIA MORALIS
summus Pontifex Celestinus, quod
si Aug. hæresim hæresi profligauit,
perperā Ecclesia de Pelagjani triumphauit, male etiam Ecclesia Africana commisit huic viro tanti belli
curam. Curam (inquit) scripturarum
mibi fratres, & patres mei Coepiscopi duobus Concilijs numidie, & Carthaginis
imponere dignati sunt.

Aug. Ep.
150.

Hormidas
Ep. ad
posseſſorem.

Quod si vbique Augustino adhære-
tere tutum non est, cum agitur de
gratiâ & libero arbitrio, non latis
verba sua librarunt summi Ponti-
fices, cum dixerunt, de arbitrio ta-
men libero, & gratiâ Dei, quid Romana,
hosť est, Catholica sequatur, & asseueret
Ecclesia, licet in variis libris B. Augu-
stini, & maxime ad Hilarium & Pro-
sperum posſit cognosci: tamen in scrinij
Ecclesiasticis expressa capitulo continentur,
& Ioannes II. Sanctus Aug. cuius do-
ctrinam secundum prædecessorum meorum
Baruta, Romana sequitur & seruat Ec-
clesia, facessant igitur, qui non sine
graui scandalo docent, quod vbi
Aug. contra Manichæos pugnauit,

liberum ita defendit arbitrium ,
ut nullum gratiæ locum relinquere
videretur , sed ubi cum Pelagianis
disputauit , sic gratiam prædicauit ,
ut liberum ferè sustulerit arbitrium ,
meliora de Aug. senserunt Sancti
Patres , nec enim solùm (inquit S.
Fulgentius) ipse de hostie victoriam re-
ferens triumphauit , quin etiam posteris
certandi & vincendi ordinem , si quando
victa prauitas reciduo anisu infandum
caput erigere niteret , ostendit , & in
eodem loco loquens de libris Sancti
Augustini . Hoc legat omnis , qui salutem
eternam adipisci desiderat , & S. Pro-
sper. Qui de his questionibus instrui de-
siderat , sicut desiderare conuenit , ipsis
Augustini disputationibus cognoscendis
impendat curam.

Sed inquiunt : Augustini doctrina
de gratiæ efficaciâ damnata est , in
Concilio Tridentino : quis hoc cre-
dat ? ergò ante 50. annos cum Mo-
liniæ doctrina examinaretur , in con-
gregationibus de auxilijs , non so-
lum consultores , sed etiam summi

De ver.
præd. I. 2.
c. 18.

Ep. ad
Ruf.

218 PHILOSOPHIA MORALIS

Pontifices hallucinati sunt , cum ad normam S. Augustini astringente statuerunt totam disputationem , cum sententiam Molina Pelagianam & Semipelagianam esse iudicarunt :
Hec proposito (inquit consultores) & doctrina Patris Molina , quatenus docet efficaciam auxilij divini pendere ab effectu , & libertate arbitrij humani , non autem ab ipso auxilio prout à Deo venit , & ex modo motionis divinae , videtur tradita à Semipelagianis , ut licet videre in Epistola S. Hilarii ad S. Aug. Cumque Molina dixisset , quod si efficacia aut inefficacia auxilij divini , non pendeat à libertate nostra , sed à qualitate auxilij & motionis divinæ , non est quod illi cedat in laudem & meritum , quin potius periret libertas arbitrij ad salutem. Eadem (inquit consultores in censurâ) argumentatione reprobantur Pelagiani ut videre est apud S. Aug. l. de corp. Cr. gr. cap. 3. 4. & C. quos ita in eodem libro Sanctus Doctor impugnauit , & expugnauit ut rationem & argumentationem illam quare Mo-

In conc.
q. 23. ar.
4. c. 5.

lina in suâ sententia confirmare conatur,
nullius prorsus momenti esse ostenderit, &
propositionem ipsam tanquam diuinis ora-
culis contrariam efficaciter redarguerit.
eadem censura confirmata est, die
louis 12. Iulij 1601. die lunæ 18. No-
uemb. 1602. inter cætera ostensum
fuit Molinista. Prorsus tollere gratiam
efficacem ex parte Dei, & solum ponere ex
parte liberi arbitrij, & consequenter
Deum facere pedissequum creaturæ, con-
trà quam omnes semper Catholici professi
sunt, & professa est sancta Romana Ec-
clesia, die Martis 19. Nouemb. Con-
cluserunt Molinam cum casiano contrà
Catholica dogmata conuenire, nec discedere
à via Pelagianoram & Sentip. quos iam
dix Ecclesia prescripsorat, anno 1603.
die 26. Nouemb. Concluserunt Molinam
omnino conuenire cum Pelagio: & statim
causa illius saculi, quando fuit damnatus
Pelagius esse cundem cum hoc, quem Mo-
linus & eius doctores proponebant, &
defendebant, rurum temporis Clemens
8. egregium illud opusculum con-
scripsit, ubi totam controversiam ex

Augustini sententia dirimere statuit,
abstrangere statui totam hanc disputationem
ad normam S. Augustini de gratia, &
quid ipse sentiat non obscurè decla-
rat, non igitur (inquit) potest negari
quod secundum Sanctum Aug. gratia ha-
beat efficaciam ex Dei omnipotencia, ex
dominio quod habet suprà liberum arbitriū.
Hac Dei gratia, scilicet efficax necessaria
est ad singulos actus, sub Paulo s. multæ
congregationes habitæ sunt P. Ie-
suitaræ se torum scriptum Clementis
8. præter modo circaīam propositio-
nem admittere professi sunt, sed con-
tendebant illam sententiam (gra-
tiam esse per se efficacem) Caluini-
sticam esse, & proscriptam à Con-
cilio Trid. Tunc P. Lemos subiens cer-
tamen fæliciter omnia repetivit, & fæli-
cius confutauit. Quod verè attinebat ad
collationem dogmatum Thomistarum cum
Calvinianis, inter cetera verè affirmauit
Doctores Thomistas in multis Catholicis
sententijs cum Calvinio conuenire, quia
Calvinus verè in illis loquebatur, die
Merc. prima Februarij 1606. Aper-

teſſimè oſtendit ſuū, latiſſimum eſſe diſ-
cimen inter ſententiam Caluini, & Thom-
iſtarum ponentium prædeterminationem,
quia Caluinus cum prædeterminatione di-
cit, multum trahi liberum arbitrium, &
multum ferri, & quaſi abripi inſtar feſ-
foris equo agitato vehementer moti, &
duclē, in quo reverā hareticatur. Tho-
miſtae verò cum prædeterminatione verē &
Catholice affiſmant ſaluari arbitrū libera-
tatem, & liberum arbitrium non neceſ-
ſitate ſed libere, actiue concurrenſe ad om-
nes actus liberos humanae voluntatis, in
quo Scotus etiam conuenit cum Thomiſis
l. 1. ſent. diſt. 39. q. 1. Hæc omnia ex
Franciſco Penna faciat rotꝫ dec. de
ſumpliuſus qui ſic concludit. Cum
intelligeretur, quod ſanctissimus Dominus
volebat iniungere conſultoribus, ut ſe ad
propria conferrent, & Epifcopi ad ſuos
Epifcopatus properarent, ego adiui ſuam
ſanctitatem, & commemoſauſi magnum
ſcandalum quod futurum erat in Eccleſia
ſi cauſa indeciſa conſultores recederent.
Sanctissimus respondit, nullum futurum
inconueniens, cum ipſe in reſolutione ſe-

222 PHILOSOPHIA MORALIS
culturus esse iudicium congregacionis ,
tum recenset consultores & addit.
Publicè autem dictum fuit de decem con-
sultoribus , octo consenserunt in substantia ,
¶ in ordine contra leuitas ; solum vero
Armachanum dissenserunt quantum ad
ordinem non quantum ad substantiam :
Bonum vero Carmelitam in sententia Mo-
line persenerasse. Congregationis de-
cisione secuta est Bulla summi Pon-
tificis Pauli 5. Cuius (inquit Illust.
Arch. Mcchliniensis) habeo exemplum ,
¶ autographum in Archivis Pontificis
Roma affermaris , fide dignissimi testes af-
firmant , quā controvergia tota ad mentem
D. Aug. decideretur , &c. propositionibus
Molinae expresse diserteque damnatis.

In libello
inscripto,
rationes
ob quas
Illust.
Arch. Mc-
chl. &c.

Duo sunt porissima quæ Molinam
& discipulos eius erroris reuincunt :
primò nihil obijciunt , quod à Pela-
gianis , vel Massiliensibus non fuerit
occupatum : quod si nihil aliud quam
Augustinus sentiret Molina (quod
ipsemet negat , & Augustinum sub-
caligine fuisse satis impudenter af-
firmat) qui fieri posset , ut ijsdem

ut cretur armis quibus Massilienses? quis tam bardus, & ab omni sensu absurdus sit, qui Molinæ obiciat, cum liberum arbitrium perimere, necessitatem fatalem inducere, nullum locum hortationibus relinqueret, Deum personarum acceptorem facere, in desperationem homines adigere: hæc & alia id genus olim Pelagiani & Semip. Augustino opponebant, eadem Molinistæ nobis obrrudunt: nemo nisi insanit hæc Molinistis obiciat: cum etiam Molinistæ quadam ex Aug. quæ tum cum in errore Massiliensium versabatur scripsérat opponunt, Ipsi simet sententur scilicet cum Aug. iuuene & errante, non cum Aug. sene sentire.

Quod secundo loco, Molinisticam sententiam dubiam facit, imò falsam esse manifestè conuincit illud est: si omnibus sufficiens gratia sive ad operandum, sive ad orandum, & prima initia fidei concedantur, quæ pendeant à nutu voluntatis, frustra Aug. & eius discipuli post Apostolum

224 PHILOSOPHIA MORALIS
ad profunditatem iudiciorum Dei,
& ad altitudinem diuitiarum sci-
entiae, & sapientiae Dei configiunt:
nam si quæ Molinam interroges, cur
hic credat, ille non credat respon-
debit illico, quia alter vult credere,
alter non vult credere, cum utriusque
gratia ad credendum sufficiens, in-
star luminis offeratur, sed longe ali-
ter respondet doctor gratiæ, fides

igitur & inchoata, & perfecta donum
Dei est, hoc donum quibusdam dari, qui-
busdam non dari non dubitet qui non vult
manifestissimis sacris litteris repugnare.
Cur autem non omnibus detar, fidelem
mouere non debet qui credit ex uno omnes
isse in condemnationem sine dubitatione
iustissimam: ita ut nulla Dei esset iusta
reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur.
Cur autem istum potius quam illum liberet,
inscrutabilia sunt iudicia eius, & inue-
stigabiles via eius. Si quæras à Mo-
linâ cur unus bene operetur non al-
lius, cur unus conuertatur non alijs,
breuem & facilem tibi responsionem
dabit, unus gratiæ oblatæ consentit,

&

De præd.
SS. c. 9.

& quasi oculos aperit, ut à luce adiuuetur, alter oculos claudit, nec vocanti gratiae vult consentire, itaque gratia instar lucis interioris mentis obtutum adiuuat quidem, sed *vñs illius à voluntate nostrâ penet*: non ita hunc nodum soluit Aug. *Conuersos ergo Deus adiuuat, auersos deferit, sed etiam vt conuerteremus ipse adiuuat, quod certe oculis corporis lux ista non præstat. Cur autem illum adiuuet, illum non adiuuet: illum tantum, illum autem non tantum: iñsum illo, illum illo modo, penes ipsam est, & æquitatis tam secrete ratio, & excellentia potestatis.* Hic non solum recurrit ad inscrutabilia iudicia Dei, ut explicet cur vnum magis quam alterum, sed etiam cur illum adiuvet, illum non adiuvet; non igitur omnibus communis est gratia. *Hæc gratia cur ad illum veniat, ad illum non veniat oculis esse causæ potest, iniusta non potest. Valde ergo paruum sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudiciorum Dei: ad discutiendam gratiam gratuitam nullis me-*

L. 2. de
pecc. mer.
c. 5.

L. 1. de
pecc. mer.
c. 21.

CAPVT I.

*Quod Deus omnes creaturas
determinat ad agendum.*

CVm Deus sit primum agens, &
vltimus finis, vt roque nomine
mouet & determinat creaturam ad
agendum; vt primum agens omnia
ex se emittit, vt finis vltimus omnia
ad se conuertit: non enim causa se-
cunda potest agere, nisi moueat &
agatur à causâ primâ, sicut nihil con-
cluditur nisi virtute primi principij,
nihil appetitur nisi propter vltimum
finem; sic nihil mouetur nisi impulsu
primi mouentis.

Secundò omnis perfectio crea-
turæ à creatorē deriuatur, sed ope-
rari est quædam perfectio; ergo om-
nis operatio est à Deo: *Pater meus*

Tertiò omne ens per participationem proficiscitur ab ente per essentiam, sed actio creaturæ participat rationem entis; ergo fluit à Deo, non igitur Deus est causa actionum nostrarū quia dedit nobis facultates, quibus possumus agere, ut voluit Durandus; sic enim æqualiter esset causa boni & mali, quia dedit voluntatem quā & benē, & malē agimus, quod si Deus saltem non concurredit cum causâ secundâ, sed tantum permittit ut agat; vbi prouidentia diuina, & rerum omnium administratio? vbi conseruatio rerum? si quidem nihil est aliud conseruatio, quam continuata rei productio; ergo si Deus non agit cum causis secundis, quando suos producunt effectus, non conseruabit eosdem effectus productos.

Confirmatur: sicut præsente lumine colores manifestantur, qui absente lumine absconduntur, sic po-

228 PHILOSOPHIA MORALIS
sito Dei influxu operamur, cessante
nihil agimus; ergo sicut lumen est
causa manifestationis colorum, sic
Deus est causa omnium quæ opera-
munt, iuxta illud Prophetæ Isaïæ,
*omnia opera nostra operatus est in
nobis.*

Quartò omne agens tendit in fi-
nem ultimum cum operatur,
sed illa inclinatio ad ultimum finem
est à solo Deo qui est primum agens,
siquidem ordo finium respondet or-
dini agentium; ergo omnis crea-
tura agit virtute & impulsu primi
agentis.

Quintò: quod vniuersalior est
causa eo producit effectum sub ra-
tione magis vniuersali, quia ordo
effectuum respondet ordini causa-
rum (id est) causa particularis ef-
fectum procreat sub ratione particu-
lari, ut homo generat hominem qua-
tenus est homo, non quatenus est
ens, nam ipsum esse est vniuersalissi-
mum; ergo proficiuntur à causâ
vniuersalissimâ.

Ex his manifestum est Deum non tantum concurrete cum causis secundis, sed etiam ea & præmouere: nam cum duæ causæ simul concurrunt neutra agit in alteram, sed utræque in effectum; vt patet in duobus equis qui trahunt currum; unde una causa non facit vt altera agat, nec dat illi actionem; sed Deus facit vt faciamusvt ipse ait per Prophetam, faciam vt facias, & in iustificationibus meis ambuletis, dat ipsum operari, quia operatio est quædam perfectio. Hinc Apostolus, in ipso, inquit, vivimus, mouemur, & sumus, & alibi, ex ipso, per ipsum, & in ipso sive omnia.

C A P V T II.

Explicatur illa præmotio.

Facilius omnia horrologia conciliaueris, quam dissidentes inter se recentiorum de concursu diuino

P 3

230 PHILOSOPHIA MORALIS
sententias ; priusquam tamen sin-
gulas expendamus, nostram opinio-
nem explicare nobis incumbit. Di-
cimus itaque Deum non modo con-
currere, sed etiam præmouere cau-
sas secundas , præmotione tamen
duntaxat generali , quæ nihil aliud
est quam inclinatio actualis ad ul-
timum finem ; siquidem omnis crea-
tura agit propter ultimum finem ;
inclinatio autem ad ultimum finem
non potest non proficisci à primo
agente , quemadmodum iam osten-
dimus.

Illa porro præmotio , ille influxus
creatoris aliter recipitur in causis
liberis , aliter in causis naturalibus ;
siquidem res naturales potius agun-
tur , quam agant : vnde non des-
ciunt in agendo , nisi præcedat de-
fectus in naturâ , totam igitur & per-
ficiam Dei recipiunt motionem ,
sed creaturæ liberæ ut possunt pro-
ficere , sic deficere ; quare influxum
diuinum quasi dimidiatum & imper-
fectum sæpe recipiunt : quod ele-

gāter explicat Diuus Thomas exemplū influxus primi mobilis , qui in rebus omnibus excipitur , sed non uno modo : nam aliter recipitur in plantis , aliter in lapidibus , & in rebus singulis iuxta earum dispositionem : quidquid igitur perfectionis est in inferioribus , primi mobilis influxui refertur acceptum , defectus autem in res ipsas refunditur , vt quicquid est motus in claudicatione oritur à virtute motrice , defectus reiicitur in tibiam claudicantem ; sic etiam cum Deus mouet creaturam liberam , si perfecte Deo subjiciatur , influxum diuinum qui à Deo procedit & in Deum semper tendit , perfectum recipit ; si autem diuinam motionem non integrā sed mutilatam excipiat creatura , tum quidquid erit perfectionis , in Deum tanquam in primā causam referetur , defectus autem ad solam pertinet creaturam : neque est quod vereare , ne diuina p̄mōtio liberati nostre p̄judicet , Deus enim

232 PHILOSOPHIA MORALIS
& naturaliter cum rebus naturalibus, & libere cum liberis agit, neque influxus causæ superioris inferiorum causam impedit sed perficit; nec destruitur libertas quando reducitur in actum, & quamvis arbor fructus non proferat nisi beneficio luminis solaris, hoc tamen non impedit quominus arbor sit vera causa proxima, quemadmodum sol est causa vniuersalis, si quis sit defectus in fructibus non ad solem, sed ad arborem pertinebit: vnde Deus nullatenus erit causa mali, quamvis nos ad singulos actus præmoveat prima & vniuersalis causæ titulo.

Duplex sit igitur præmotio, vna generalis, quæ nihil est aliud quam inclinatio actualis ad ultimum finem cuius impulsu semper agimus, altera est specialis ad actus supernaturales necessaria, quæ proprio nomine gratia appellatur, & consistit in quadam delectatione rerum cœlestium; utramque præmotionem agnouit S. Thomas, non illam præ-

determinationem Physicam quam Thomistæ recentiores illi attingunt, quod ex ipsius verbis manifestum fiet: cum enim sibi obiecisset quod si voluntas hominis à solo Deo moueretur, nunquam ad malum moueretur; respondet, *Quod Deus mouet voluntatem hominis sicut uniuersalis motor ad uniuersale obiectum voluntatis, quod est bonum.* Et sine hac uniuersali motione homo non potest aliquid velle, sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud, quod est verum bonum, vel apprens bonum: sed tamen interdum specialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinate volendum quod est bonum, sicut in his quos mouet per gratiam.

Inclinatio autem ad ultimum finem sicut ad uniuersale bonum, duplex est, una aptitudinalis, quam habemus à naturâ, vel potius ab auctore naturæ, altera aëqualis, quam Deus nobis impedit tum cum agimus, cum vero nobilis sit agere quam posse tantum agere, verisimile non est quod habeamus à nobis quod

I. 2. q. 9.
ar. 6.

234 PHILOSOPHIA MORALIS
est præstantius, scilicet aequalis
operationem, & à Deo quod est mi-
nus nobilo, nimis posse agere;
illa vero inclinatio semper ntitur in
Deum, sed nos qui eam non recipi-
mus perfectam sistimus in nobis,
& quasi in via hæremus: nam homo
maxime in statu naturæ corruptus si-
milis est puer, qui cecidit & laesus
debilior factus est, quem Pater quasi
per cliuum manu dicit; quod pro-
greditur puer, illud acceptum ferri
debet Patri, si autem in viâ deficiat,
hoc oritur ex infirmitate, sic etiam
natura humana sauciata & corrupta
non potest ad Deum peruenire, nisi
speciali Dei gratia moueat, si au-
tem remanet in creaturis, hoc pro-
fiscitur ex infirmitate illius, & vul-
nere primi peccati quo claudicat.

Superiori capite satis demon-
stratum est Deum præmouere saltem
præmotione generali omnes cau-
las secundas, nunc reliquum est, ut
ostēdamus quomodo specialiter mo-
ueat ad actus supernaturales.

C A P V T III.

Sententia Augustini astruitur de præmitione speciali ad actus supernaturales.

Ignoscant Theologi si paulò liberiūs in eorum campos excurramus, rerum apta connexio hoc postulari, non Aristorelem sed Augustinum consulimus, vbi de concursu divino agitur, prium ergo sententiam doctoris gratiæ stabiliamus; nam proposita veritatis luce facilis errorum nebulæ discutientur.

Naturam humanam in duplice statu considerat August. scilicet integrum & corruptum; in utroque statu auxilio divino indigeret, sed dispari. Quid ergo, inquit Sanctus Doctor? Adam non habuit Dei gratiam? immo vero habuit magnam sed disparem. Si autem hoc adiutorium vel Angelo, vel homini quam primum facti sunt defuisse, quoniam non talis natura facta erat ut sine

236 PHILOSOPHIA MORALIS
diuino adiutorio posset manere si vellet,
non viisque sua culpā cecidissent, adiu-
torium quippe defuisse sine quo manere
non possent, quibus autem nunc deest
tale adiutorium pena peccati est; quibus
autem datur secundum gratiam datur,
non secundum debuum. Ex quo Augu-
stini loco, non modò colligitur, au-
xilium gratiæ non defuisse primo
homini, ut omnes fatentur, sed
etiam infertur non omnibus adesse
in statu naturæ corruptæ. Quod
vero primum hominem & Angelos
cum gratia considerit, docet alibi.

L. de cor-
rep &
grat. c. II.

L. II de
Cuius. Dei.
Quod Deus primus hominem & Angelos
cum bona voluntate (id est) cum amore
casto quo illi adherente creauit, simul in
eis, & condens naturam, & largiens
gratiam.

Hoc vero discrimen est inter ad-
iutorium primi hominis, & auxi-
lium quo nunc adiuuamur, quod ad-
iutorium primi hominis erat instar
luminis, nam ut videre non possu-
mus sine lumine nec tamen posito
lumine statim viderimus, possumus

enim oculos claudere , vel auertere ;
sic primus homo non poterat bene
agere sine gratia , cuius usus pende-
bat a libero arbitrio , sed natura cor-
rupta fortiori indiget auxilio cuius
usus a voluntate nostra non suspen-
datur , quod voluntatem sibi sub-
iiciat , quo posito bene operemur ;
& hoc est principium ex quo tota
fere August. doctrina de gratia pen-
det : ipsum ergo doctorem gratiae
audiamus , ne forte ipsis imponere vi-
deamur . Aliud est enim adiutorium
sine quo aliquid non sit , & aliud est ad-
iutorium quo aliquid sit ; nam sine ali-
mentis non possumus vivere , nec tamen
cum adfuerint alimenta eis sit ut vivat qui
mori voluerit , ergo adiutorium alimentorum
est sine quo sit , non quo sit ut viva-
mus ; at vero beatitudo quam non haberet
homo , cum datus esset continuo sit beatus ;
adiutorium est enim non solum sine quo non
sit , verum etiam quo sit propter quod da-
tur . Primo itaque homini qui in eo bono
quo factus fuerat rectus accepit posse non
peccare , posse non mori , posse ipsum be-

238 PHILOSOPHIA MORALIS
num non deserere , datum est adiutorium
perseverantie non quo fieret ut persevera-
ret , sed sine quo per liberum arbitrium
perseverare non posset , nam verò sanctis
in regnum Dei per gratiam Dei prædesti-
nates , non tantum tale adiutorium perseve-
rantie datur , sed tale ut eis perseverantia
ipsa donetur , non solum ut sine isto dono
perseverantes esse non posse , verum
etiam ut per hoc donum non nisi perseve-
rantes sint : non solum enim dixit sine me
nihil potestis facere , verum etiam dixit ,
non vos me elegistis sed ego elegi vos , Et
posui vos ut eatis , Et fructum afferatis ,
Et fructus vester maneat , quibus verbis
eis non solum iustitiam , verum etiam in
illâ perseverantiam sed dedisse monstrauit :
Christo enim sic eos ponente ut eant Et
fructum afferant , Et fructus eorum ma-
neant , quis audet dicere forsitan non
manebit.

Superiori capite idem manifeste
ostenderat , istam (inquit) gratiam
non habuit homo primus ; quâ nunquam
vellet esse malum , sed sane habuit in quâ
si permanere vellet nunquam malum esset.

I. de cor-
rep. &
glor. c. 12.

Quod autem illa gratia voluntati
primi hominis subderetur non am-
biguis verbis declarat: Nec ipsum ergo
Deus esse volun sine sua gratia, quam re-
liquit in eius libero arbitrio: quoniam li-
berum arbitrium ad malum jussisse, ad
bonum autem, parum est nisi adiuuetur ab
omnipotenti bono. Tale quippe erat ad-
iutorium quod deserere cum velle, & in
quo permanere si velle, non quo fieret ve-
lle: hæc est prima gratia qua data est
primo Adam: prima est enim qua sit ut
habeat homo iustitiam si velit; secunda
ergo plus potest qua etiam sit ut velit, &
tantum velit, tantoque ardore diligat, ut
carnis voluptatem contraria concupiscent-
em, voluntate spiritus vincat. Hæc au-
tem tanto maior est ut parum sit homini per
illam reparare perditam libertatem, parum
sit denique non posse sine illa, vel appre-
hendere bonum, vel permanere in bono si
velit, nisi etiam efficiatur ut velit. Ex
his verbis collige Aug. loqui non
solum de dono perfectioriæ, sed
etiam de adiutorio ad bene agen-
dum, & volendum, sed prosequitur.

Tunc ergo dederat homini Deus bonam voluntatem : in illa quippe cum fecerat qui fecerat rectum & dederat & adiutorium sine quo in ea non posset permanere si veller, ut autem veller in eius libero reliquit arbitrio.

Discrimen igitur illud est inter gratiam conditoris, & reparatoris, inter gratiam quæ data est primo Adam, & illam quæ data est per secundum Adam, quod illa dabat tantum posse ; hæc non solum posse, sed etiam velle : nam ut ait Augustinus. *Primus homo acceperat posse si veller, sed non habuit velle quod posset, nam si habuisset perseverasset : posset enim perseverare si veller, quod ut nollet de libero descendit arbitrio, quod tunc ita liberum erat, ut bene velle posset, & male.* Vno verbo gratia primi hominis ipissima est quam nunc Molinistæ vnditant in statu naturæ corruptæ, cuius scilicet usus à libero pendet arbitrio, quæ voluntatem sibi non subiicit, sed voluntari subiiciatur : auxilium sine quo bene agere non possumus, siue gratia

gratia sufficiens, quam voluntatis consensus efficacem reddit: quid enim ipsis prodest quod nunc gratia voluntatem per motus indeliberatos immitet ac deliniat: nam sic cupiditates iuxta eorum sententiam voluntatem delinquent & alliciunt, nec tamen volunt cupiditatem discernere amplectentem à respuente, itaque gratia primi hominis & Angelorum (nam æqualis est conditio Angelo-rum & primi hominis) pendebat à nuru voluntatis.

Ratio huius doctrinæ est, quia alio indiget auxilio homo sanus, alio ægrorus & infirmus: quam rationem adducit August. *Vi ergo* (inquit) *non accipere primus homo hoc donum Dei, id est, in bona perseverantiam, sed perseverare, vel non perseverare in eius relinqueretur arbitrio, tales vires habebat ciues voluntas, que sine ullo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex se ipsa concupiscentialiter resistebat, ut digne tantæ bonitati & bene vivendi facilitati, perseverandi committeretur arbitrium. Nunc vero po-*

Q

242 PHILOSOPHIA MORALIS
Steaquam est illa magna, peccati merito,
amissa libertas, etiam maioribus donis
adiuuanda remansit infirmitas. Vnde
Deus iuxta Augustinum non solum
dat adiutorium sanctis quale primo
homini dedit sine quo non possunt
perseuerare, si velint, sed in eis
etiam operatur & velle. *Et quoniam*
(inquit) *non perseverabunt nisi & pos-*
sint, & velint, perseverandi eis possibi-
litas & voluntas diuinae gratia largitate
donetur: tantum quippe Spiritu sancto ac-
cenditur voluntas eorum, ut ideo possint
quia sic volent, ideo sic velint quia Deus
operatur ut velint. Ex his verbis licet
colligere esse quoddam posse, quod
sequitur velle, & ita qui nolunt bene
agere, non habent posse ultimè com-
plerum, quod inseparabile est ab
ipso velle, sed pergit: Nam si in tanta
infirmitate vita huius, in qua tamen in-
firmitate propter elationem reprimendam
perfici virtutem oportebat, ipsis relinque-
retur voluntas sua, ut in adiutorio Dei sine
quo perseverare non possent, manerent si
vellent, nec Deus in eis operaretur ut

vellent, inter tot & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate, nec vellent, aut ita non vellent infirmitate voluntatis ut possent: subuentum est igitur infirmitati voluntatis humanae ut dimid. gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur, & ideo quamvis infirma, non tamen deficeret, neque aduersitate aliqua vincetur.

Non igitur tantum Molinistæ qui gratiam primi hominis in statu naturæ reparatæ à nutu voluntatis pendentem induxerunt, sed etiam prædeterminationis Physicæ assertores qui gratiam victricem siue auxilium quo in utroque statu constituunt, ab Augustini doctrina abhorrent. Molinistæ in primis, qui videntur non satis agnoscere ruinas naturæ corruptæ, & adiutorium creatoris ac reparatoris confundunt, cum tamen gratia primi hominis in hoc statu non sit utilior, quam lumen cæco, vel baculus homini qui contractis est

Q. 3

L. de nat.
& grac.

crucibus. Nunc (inquit August) de
illo agitur quem semiusum latrones reli-
querunt , qui granibus fauciis confessusque
vulneribus , non ita potest ad insitiae cul-
men ascendere , sicut potuit inde descen-
dere .

Falluntur etiam Thomistæ , vel
potius prædeterminationis Physicæ
authores : cur enim Deus iustus de-
negabat gratiam victoricem Adamo ,
si necessaria erat ad agendum ? sed
inquiunt habuit gratiam sufficien-
tem qua poterat bene agere , imo
inquam , non erat sufficiens , quia
iuxta eorum sententiam , nisi Deus
det actionem , det velle , det actum
secundum , nunquam agimus , nun-
quam volumus , nunquam illa pos-
sibilitas ad actum reducitur . Quis à
Deo petat illam gratiam quæ ad
summum sufficiens est ad posse , non
ad agere , quæ nos magis reos efficit ,
& datur tantum ut Deus iustificetur ,
quæ potius pertinet ad litteram oc-
cidentem quam ad spiritum vivifi-
cantem . Quapropter (inquit Aug.)

L. de cor-
cep. &
grat. c. 10.

saluberrime confitemur, quod rectissime credimus, Deum dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exortura esse praeconiuit, & sciat magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere etiam de malis benefacere, quam mala non esse sincere, sicut ordinasse Angelorum & hominum vitam ut in ea prius ostenderet quid posset coruna liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium iustitiaeque iudicium: denique Angeli quidam, quorum princeps est qui dicitur Diabolus, per liberum arbitrium à Domino Deo refugæ facti sunt. Ceteri autem per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt eaque de suo casto nunquam futuro certissimam scire nauerunt.

Docet igitur August. quosdam Angelos per liberum arbitrium cedisse, alios per liberum arbitrium steruisse, & quamvis non steterint sine adiutorio gratiæ, usus tamen illius gratiæ a libero pendebat arbitrio: unde alibi vocat merita primi hominis & Angelorum, merita hu-

Q. 3

246 PHILOSOPHIA MORALIS
mana, & gloriam Angelorum, mercedem. Humana hic merita contineant, quae perierunt per Adam, & regnat qua regnat Dei gratia per Iesum Christum Dominum nostrum; & alibi, sed quia voluit permanere primus homo, prosector eius culpa est cuius meritum fuisset si permanere voluisse, sicut fecerunt Angeli Sancti, qui cadentibus alijs per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsis, & huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt.

Gratia igitur primi hominis & Angelorum non fuit sufficiens e modo quo intelligunt Thomistæ adeò ut nunquam reduceretur in actum, quandoquidem ex Augustino Angeli illa gratia adiuti steterunt, alijs cadentibus? sed fuit sufficiens eo prorsus modo quo Molinistæ intelligunt, quia pendebat à nuru voluntatis ut fieret efficax; nam erat in homine per modum habitus quo vrimur cum volumus, quamvis esset gratia actualis, beneficio cuius homo poterat perseuerare & pro-

priam sanitatem custodire. Fortissimo quippe (ait Sanctus Doctor) dimisit atque permisit facere quod velleret : infirmis servavit ut ipso donante inuictissime quod bonum est vellent, ut hoc descrivere inuictissime nollent. In statu naturæ reparatæ. Voluntas quippe humana (ut docet eodem in libro) non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem, & ut perseveret delectabilem perpetuitatem, & insuperabilem fortitudinem. Eandem distinctionem adiutorij sine quo, & adiutorij quo, S. Th. agnoscit. Primo homini datum est non ut perseveraret, sed ut perseverare posset per liberum arbitrium : quia nulla tunc corruptio erat in humana natura quæ perseverandi difficultatem prabebet. Sed nunc praedestinatis per gratiam Christi, non solum datur ut perseverare possint, sed ut perseverent.

Augustino concinit Sanctus Prosper, qui docet quod longè est alius naturæ corruptæ status & integræ. Nam si nunc etiam illæsus vigor ille maneret

22. q. 137.
art. 4.

Q. 4

248 PHILOSOPHIA MORALIS
In quo insens natura fuit, sua quemque voluntas

Conciliare Deo pœnaque absoluere posset.

Neque abhorret ab hac doctrina Concilium Arausicanum. Hoc (inquit) Deo propitiante, & prædicare debemus, & credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est, possit nisi gratia eum, & misericordia diuina preuenierit. Ergo ante peccatum primi hominis potuit Deus diligere sine gratia præueniente, qualis est gratia medicinalis, quamuis non posuerit sine gratia cooperante, qualis fuit hominis sani & integri. Sanctus Gregorius magnus Augustino ubique consentiens eandem sententiam confirmat. Sic namque est immortalis conditus ut tamen si peccaret & mori posset: & sic mortalis est conditus, ut si non peccaret, etiam non mori potest: atque ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret,

in qua vel peccare, vel mori non posset.
Tum erant merita lib. arbitrij nunc
vero sunt merita gratiæ, quia illa
donat gratia.

Quid est autem illa gratia primi hominis quam vocat August. adiutorium sine quo? an prædeterminatio Physica? minimò minus, nam posita prædeterminatione, ponitur actio; ergo prædeterminatio potius est auxilium quo, quam auxilium sine quo: deinde prædeterminatio non dat tantum posse, sed etiam velle, neque potest respici à voluntate, quæ non conueniunt cum auxilio sine quo. An forte est concursus Dei generalis? at concursus ille nemini subducitur in poenam peccati, sed ut ait August. *Nunc quibus deest tale adiutorium iam poena peccati est.* An forte est gratia babirnalis? neutrum, nunquam enim August. cum Pelagianis conflixit de gratia habituali, sed tantum de actuali: deinde passim docet, quod beneficio illius gratiæ poterat custodire propriam

250 PHILOSOPHIA MORALIS
sanitatem : quis autem dixerit quod
per sanitatem sive gratiam habitua-
tem , custodiatur ipsa sanitas . Ille
qui putauit sine ipsis adiutorio se posse
custodire quod dedit , profectus in regio-
nem longinquam cuncta consumpsit . Do-
ceret tubinde quod sicut oculus non
sibi sufficit ad videndum etiam si
perfecte sit sanus , nisi illi adiuto-
rium clari luminis praebatur , ita
quoque hominem primum sine au-
xilio divinæ gratiæ non potuisse
bene operari : ergosicut lumen & ali-
menta distinguntur , cum à sanitate
oculi , cum à vita quæ per alimenta
sustentatur , sic adiutorium primi
hominis diuersum erat à gratiâ habi-
tuali , sive à propriâ sanitate , in qua
eum Deus considerat : igitur illud
auxilium erat instar luminis non
dans actionem , sed rautum adiu-
uans , quo voluntas poterat uti aut
non uti : erat etiam auxilium actuale
non habituale tantum de quo nulla
erat controversia .

Diluuntur obiectiones.

Opponit primo suares locum Augustini de correptione & gratia, ubi ait quod primus homo non habuit in illo bono perseuerantiam, & si non habuit non utique accepit. Ergo ex Augustino, ideo primus homo cecidit quia non habuit perseuerantiam.

Mirum quod vir doctus obiectionem pro doctrina Augustini accepit sed hoc familiare est Molinistis: hoc enim dilemma proponit August. vel habuit perseuerantiam, vel non habuit, si habuit, perseverauit, si non habuit perseuerantiam non utique accepit: cui obiectioni responderet Deum sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium, & cætera quæ supra recensuimus.

Alium locum nobis obtrudunt de-

252 PHILOSOPHIA MORALIS
promptum ex li. 12. de Ciuitate Dei,
vbi loquens de malis Ang. clis. Aut
(inquit) minorem accoperunt amoris di-
uini gratiam , quam illi qui in eadem per-
fuerunt , am si verique boni equaluer
creati sunt , iſis mala voluntate cadenti-
bus illi amplius adiuti ad eam beatitudinis
plenitudinem , vnde se nunquam casueros
certissimi fierent peruenient . Ergo in-
quiunt , Angeli qui steterunt , fue-
runt amplius adiuti , quam qui cecid-
erunt , scilicet quia illi habuerunt
gratiam efficacem , hinc tantum suffi-
cientem . Illis dabant agere , histan-
sum posse .

Respondeo quod Angeli boni
fuerunt amplius adiuti post aliorum
ruinam , quæ solutio vera est , quid-
quid obganniant aduersarij , sed ut
intelligatur , sciendum est , quod mul-
tum & diu se torcit August. quomodo
Angeli , & primus homo creati fue-
rint beati , ignari tamen sui casus ,
aut perseverantia : tandem post lon-
gam fluctuationem hoc in loco sta-
tuit Angelos bonos factos fuisse cer-

tos sui status , sed post aliorum ca-
sum , hic enim lectorem mittit ad li-
brum 11. in quo dixerat. Restat ve-
ant impares fuerint , aut si pares fuerunt ,
post illorum ruinam illis certa scientia suæ
certæ felicitatis accesserint. Cum in
utroque loco sit eadem diuisio , quod
enim dixit l. 11. Restat autem impares
fuerint , aut si pares fuerunt , post illorum
ruinam illis certa scientia sua felicitatis
accesserit. Eiusdem diuisionis mem-
bra sub alijs verbis proponit l. 12.
*Aut minorem acceperunt divini amoris
gratiam , &c. Aut si utrique boni & equa-
liter creati sunt , &c. Illi amplius adiuti.*
Manifestum est quod August. docet
li. 11. Angelos fuisse magis adiutos
post aliorum ruinam ; ergo & li. 12.
eamdem tradit doctrinam.

Huc adde quod Deus magis co-
operatoratur cum illo qui bene agit ,
quam cum illo qui male; vnde magis
fuerunt adiuti boni Angeli quam
mali , non ex parte Dei , cuius gra-
tia non discreuit bonos à malis An-
gelis , sed quia Angeli boni nichil

254 PHILOSOPHIA MORALIS
vsi sunt gratia quam mali: ut qui lu-
mine praesente oculos aperit, magis
adiuuatur a lumine quam qui clau-
dit oculos.

Opponit estius vir doctissimus,
quemdam locum ex l. 8. de Genesi
ad litteram, ubi videtur docere Aug.
quod in utroque statu naturæ, Deus
dat velle & perficere: sed præter-
quam nihil minus loquitur August.
quam de gratia primi hominis, me-
moriis debuit vir eruditus Augusti-
num ipsum testari l. 1. retractionum
se in his libris de Genesi ad litteram,
plura disputasse & quæ sive illæ quam
soluisse & inuenisse.

Thomistæ nobis opponunt San-
ctum Fulgentium Augustini disci-
pulum qui docet eamdem esse gra-
tiam creatoris & reparatoris. Pro-
fecto [inquit] cognoscitur uniformi cum
eis potuisse opprimi ruinae consortio, nisi
quos vellat a casu illo prænitatis virtus illa
defenderet, que sola naturaliter mutant
depravarique non posset; non alia sanctæ
Angelum à ruina potuit custodire, nisi illæ

L. 2. ad
traf.

qua lapsum hominem post ruinam potuit
reparare; una est in utroque gratia operata;
in hoc ut surgeret; in illo ne caderet; in illo
ne vulneraretur; in isto ut sanaretur, ab
hoc infirmitatem repulit; illum infirmari
non fuit; illius esca, istius medicina.

Respondeo quod eadem fuit gra-
tia quo ad essentiam gratiae quæ
non datur ex meritis, quæque for-
san in suavitate coelesti posita est,
sed non eadem fuit quoad modum
operandi: nunc enim subiicit sibi
voluntatem, tunc subiiciatur: sed
illud dissimulare non debeo, quod
S. Fulgentius docere videtur Angelos
bonos à malis fuisse discretos
per gratiam non per liberum arbitrium.
Nisi quos vellat virtus illa de-
fenderet. Sed attente totum caput
legenti constabit non aliud S. Ful-
gentium probandum suscipere,
quam Angelos non esse beatos à se
ipsis & naturaliter, cum ex ijs mul-
ti ceciderint, & potuissent omnes
eodem ruine consortio opprimi,
nisi virtus diuina quos voluisset in

Opponunt Thomistæ quod si non
gratia bonos à malis Angelis , sed
voluntatis nutus discrevit ; ergò boni
Angeli meliores facti sunt à se ipsis ,
quam à Deo : quod absurdum īxpe
August. iudicat. Et maxime l. 9. de
Ciu. Dei.

Respondeo quod non sine Dei
gratia facti sunt meliores.

Sed inquiunt applicatio illa li-
beri arbitrij quæ non erat à gratia
sed ab ipso libero arbitrio , vel fuit
naturalis , vel supernaturalis : si na-
turalis quomodo per actum natura-
lem meruerunt beatitudinem super-
naturalem , si fuit supernaturalis ,
ergo applicatio sive determinatio
liberi arbitrij fuit opus gratiæ , quæ
sibi liberum subijciebat arbitrium.

Respondeo quod usus gratiæ sive
applicatio voluntatis fuit liberi ar-
bitrij diuina gratia adiuti : vnde sicut
actus quos exerimus per habitus su-
pernaturales sunt etiam supernatu-
rales ; sic determinatio liberi arbitrij
non

non fuit opus naturæ solius , sed
opus supernaturale : non enim po-
terat primus homo bene velle sine
gratia , sicut non possumus videre
sine lumine: lumen autem non dis-
cernit videntes à non videntibus ,
sed utrisque est commune ; sic gratia
non discreuit bonos à malis Angelis
sed voluntatis nutus & flexus.

Opponunt quod August. in li. de
correptione & gratia : vbi distinguit
adiutorium sine quo , & adiutorium
quo , loquitur tantum de perseveran-
tia , non de singulis operibus ; unde
licet primus homo non habuerit au-
xilium quo perseveraret , habuit ta-
men auxilium quo bene operaretur .
quamdiu placuit Deo illi concedere .

Respondeo quod eadem est ratio
de dono perseverantie , & de gratia
ad bene agendum necessaria : nam
perseverantia nihil est quam con-
catenatio , & series bonatum ope-
rum , unde quibus Deus dat perse-
verantie donum , dat etiam bona
opera : primus homo cum creatus

R

258 PHILOSOPHIA MORALIS
fuerit bonus, tantum opus habuit au-
xilio cum quo perseueraret si vellet,
non enim indigebat auxilio ut reci-
peret gratiam in quâ creatus fuit,
nunc vero indigemus auxilio diuino,
tum ut perseueremus, tum ut reci-
piamus bonum amissum: & hæc est
ratio cur August. magis loquatur de
perseuerantia, ubi agit de auxilio
primi hominis: *cfr quippe*, ait San.
Etus Doctor. *In nobis per hanc Dei*
gratiam in bono recipiendo & perseue-
ranter tenendo non solum posse quod vo-
lumus, sed etiam velle quod possumus,
quod non fuit in homine primo, unum enim
eorum in illo fuit, alterum non fuit: nam-
que ut reciperet bonum, gratia non egebat,
quia nondum perdiderat, ut autem in eo
permaneret, egebat adiutorio gratia sine
quo id omnino non posset, & acceperat
posse si vellet, sed non habuit velle quod
posset. Ecce August. rationem reddit
cur tantum auxilio sine quo perseue-
re non posset primus homo, non
autem auxilio quo recipret gra-
tiam opus habuerit.

L. de corr.
& gratia.
c. II.

Negantur profectò qui negant August. per adiutorium sine quo & quo , intelligere gratiam actualēm vel aliquod auxilium quod habeat rationem causæ efficientis : quasi verò adiuuemur ad nihil agendum : nonne ipsum adiutorij nomen, auxilium actualē & efficiens significat ? nonne Aug. vbique contrà Pelagianos de gratiâ actuali disputat ? quare tam accuratè utrumque adiutorium distinguit ? sanè quidem iuxta Molinistas perseverantia eodem modo fuit donum Dei in Angelis , ac nunc est in hominibus , scilicet utrisque datur adiutorium sine quo non perseverabunt ; imò iuxta auctores prædeterminationis Physicæ idem adiutorium ad perseverandum Angelis , in natura integrâ & hominibus in statu naturæ reparatæ conceditur , scilicet adiutorium quo , ex parte Dei efficax : sed ex Augustino aliud datur adiutorium infirmis , quam sanis ; nec tantum diuersum est , quia fortius est in ægrotis & lapa-

260 PHILOSOPHIA MORALIS
sis, alioquin in verisque vel erit adiutorium quo, iuxta Thomistas, vel adiutorium sine quo, iuxta Molinistas, nam magis & minus non mutant speciem; sed diuersum est quia adiutorium quo, est ex se efficax; adiutorium sine quo, cum det tantum posse, non est efficax nisi ex consensu voluntatis. Demonstrabitur infra Aug. non solum de perseverantia sed etiam de adiutorio gratiae ad quodcumque opus bonum necessario agere.

Quærunt à nobis Thomistæ ubi Deus cognouerit primum hominem non perseveraturum? an in suo decreto? ergo necesse est ut agnoscamus prædeterminationem Physicā, quæ exequitur decretum diuinum. An forte videt in voluntate primi hominis, utrum perseveraturus esset, necne? at voluntas antequam agat semper est indifferens, & indeterminata: deinde Deus non mutuatur suam cognitionem à creaturis, nec creatura determinat concursum di-

uinum, sed potius Deus determinat creaturam: nam omnia agit secundum consilium voluntatis suæ, non secundum consilium voluntatis nostræ: applicat creaturam, non applicatur à creaturâ: denique Deus non potuit cognoscere qui Angeli essent perseveraturi, nisi vel per scientiam visionis, quæ supponit decreta diuinum, vel per scientiam medium quam excogitauit Molina quæque fuit explosa Romæ in multis congregationibus sub Clemente octavo, & Paulo quinto. Hæc est summa fere omnium argumentorum quibus Thomistæ suam prædeterminationem Physicam stabiliunt.

Respondeo Deum cognoscere ab æternō non in suo decreto, non in voluntate humanâ utrum homo esset perseveraturus nec ne. Sed in actione ipsa hominis quatenus est præsens æternitati diuinæ sive realiter, sive obiectivè: Deus autem titulo primæ causæ determinauit hominem ad agendum, sed præmotione duxaxat

262 PHILOSOPHIA MORALIS
vniuersali quæ sequitur Dei decre-
tum vniuersale : determinauit in-
quam quoad exercitium actus, sed
homo seipsum determinauit quoad
specificationem actus: Deus est qui-
dem causa cuiusque actus particula-
ris, sed non quatenus est particula-
ris, verbi gratia, arbor habet à sole
quod producat fructus, sed quod illi
fructus sint illius speciei habent ab
arbore non à sole: sed inquit spe-
cificatio illa est ens per participatio-
nem, ergo refunditur in Deum:
dist. vt in causam vniuersalem, &
remotam. C. vt in causam particula-
rem, proximam, & immediatam.
N. vt actus vitalis non est à Deo vt à
causa immediata, sed essentialiter
est à principio vitali: nec hoc de-
rogat maiestati diuinæ, nam Deus
mouet vt motor vniuersalis, non vt
causa particularis, & semper agit se-
cundum consilium voluntatis suæ,
quia de voluntatis nostræ etiam ma-
lis facit ipse quod vult. Neque ne-
cessitatem ut configiamus ad scientiam

CHRISTIANA. 263
medium, inter scientiam simplicis intelligentiaz, & visionis, quâ Deus cognoscit futura conditionata; sed dicimus cognoscere omnia futura per scientiam visionis qua videt omnia præsencia in sua æternitate, videt inquam in idæis diuinis per lumen suum intelligibile, quod cum sit infinitum omnia penetrat: neque scientia dei quoad entitatē pendet à creaturis, sic enim Deus est, sed quoad terminum seu denominationem, vt creatio æterna est quoad antitatem, non quoad terminum: scientia autem media fuit explosa propter usum illius; vult enim Molina ut Deus per illam scientiam exploret utrum simus consensuri nec ne, & ita suspendit efficaciam gratiaz ex consensu voluntatis nostræ futuro, quod falsum est in statu naturæ depravatæ; verum fuit in statu naturæ integræ.

Libenter rogarer auctores præ-determinationis Physicæ, ubi Deus cognoscat malum? non in decreto quo statuit futurum malum, nam

R 4

264 PHILOSOPHIA MORALIS
esse causa mali, an in decreto per-
missivo? sed illud supponit creatu-
ram agere, non facit ut agat, & ita
actio mala prius est futura quam Deus
decernat illam permissionem, &
Deus suam cognitionem mueuabitur
a creatura, & eadem redibunt in-
commoda quibus nos premunt: sed
inquiunt, materiale mali, seu quod
est positivum in malo, cognoscit in
suo decreto positivo, quo statuit
illud futurum; formale mali, seu ip-
sum deformitatem cognoscit in suo
decreto permissivo. Contradiccio vel ma-
teriale mali, seu actio positiva, ha-
bet necessariam connexionem cum
malitia, ut actus odij Dei, & ita non
positiva decernitur a Deo; vel non
habet connexionem necessariam, &
sic Deus non potest vi illius decreti
positivi, cognoscere deformitatem.

CAPVT IV.

Quod gratia medicinalis determinas voluntatem.

Ne mo ut puto quem anticipat^r opinionis præiudicium non occupauerit, inficiabitur, quod iuxta Augustinum gratia medicinalis eadem sit vicitrix & efficax, quæ voluntatem nostram sibi subiijciat, eamque flectat ac determinet: quod nunc vberius nobis est demonstrandum. Primo quia iuxta Augustinum gratia medicinalis non dat tantum posse, quem idmodum volebat Pelagius, sed dat etiam velle & agere; adeo ut posita gratiâ velimus & agamus; negata nobis gratiâ non velimus, non agamus: & ut omnia non ordine tumultuatio tractemus, sententiam Pelagi breuiter aperiamus & quid respondeat Aug. videamus.

Nos (inquietabat Pelagius.) Sic

266 PHILOSOPHIA MORALIS
triaſta diſcernimus, & certum velut in
ordinem diſteſta partimur, primo loco poſſe
ſtanimus, ſecundo velle, tertio eſſe. Id
eſt agere. Poſſe in naſtuſ, velle in ar-
bitrio, eſſe in effectu locamus. Primum
illud (id eſt poſſe) ad Deum proprie per-
tinet, qui illud creature ſue contulit, duo
verò relqua, hoc eſt velle & eſſe ad honi-
tatem referenda ſunt, quia de arbitrii fonte
deſcendunt: ergo in voluntate, & opere
bona laus hominis eſt; in omo & hominis, &
Dei qui ipſius voluntatis & operis poſſibi-
litem dedit, quique ipſam poſſibilitatem
gratia ſua adiuuat ſemper auxilio. Quod
poſſumus omne bonum facere, dicere, co-
giare illius eſt qui hoc poſſe donauit, qui
hoc poſſe adiuuat; quod vero bene vel agi-
mus, vel loquimur, vel cogitamus, noſtrum
eſt quia haec omnia vertere etiam in malum
poſſumus. Haec eſt doctrina Pelagiſ
quam non admittit Auguſt.

Quomodo enim, ait Sanctus Do-
ctor. Dicitur quod poſſumus bene agere,
Dei eſt; quod autem agimus, noſtrum eſt,
cum dicat Apoſtolus orare ſe ad Deum pro
eis ad quos ſcribebat, ne quid mali fa-

L. de gra-
tia Chriſ.

ciant, & ut quod bonum est faciant? Quomodo dicit Pelagius quod bene loqui possimus Dei est, quod bene loquimur nostrum est? cum dicat Dominus, spiritus Patris vestri est qui loquitur in vobis; quomodo dicit liberi arbitrij elatus assertor, quod possimus bene cogitare Dei est, quod autem bene cogitamus nostrum est? cui responderet humilis gratiae praedicator, non quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobismete ipsis; non enim ait, posse bene cogitare, sed cogitare.

Pelagius gratiam quamdam admittebat quæ reuelatione sapientiæ in desiderium Dei stupentem suscitatet voluntatem; cui August. Sed nos eam gratiam volumus ut aliquando fateantur, quæ futura gloria magnitudo non solum promittitur, verum etiam creditur & speratur, nec solum reuelatur sapientia verum etiam & amatitur; nec suadetur solum omne quod bonum est, verum & persuadetur. Hanc debet Pelagius gratiam confiteri si vult non solum vocari verum etiam esse Christianus. Ex quibus hoc inuidium conficitur argu-

268 PHILOSOPHIA MORALIS
mentum, qui vult non solum vocari,
sed etiam esse Christianus, debet
gratiam admittere, quæ non modo
suadeat, sed etiam persuadeat, quæ
non dat tantum posse, sed etiam a-
gere, sed gratia quæ subiicitur vo-
luntati, ut multum suadet, inuitat
& allicit, non infallibiliter persuadet,
dat posse, non agere, nam si det
velle & agere, possemus gratiam volumus,
& agimus, ergo qui vult non solum
vocari, sed etiam esse Christianus,
debet agnoscere gratiam per se ef-
ficacem : omnis enim gratia ex se
non efficax, qualis fuit in naturâ in-
tegrâ dat tantum posse, quamvis
sine illâ primus homo non posset
velle : ut supra ostensum est.

Itaque ex Pelagio, gratia adiuuat
voluntatem ; ex Augustino, dat ip-
sum velle ; ex Pelagio gratia illustrat
intellectum ; ex Augustino amorem
suspirat. Quia (inquit) gratia agitur
non solum ut facienda nouerimus, verum
etiam ut cognita faciamus ; nec solum ut
diligenda credamus, verum etiam ut cre-

Ibidem.

dita diligamus; & infra. Hæc gratia sò
doctrina dicenda est, cene sic dicatur, vt
altius & interius eam Deus cum ineffabili
suauitate credatur infundere, non solum
per eos qui plantant & rigant extrinsecus,
sed etiam per seipsum qui incrementum
seum ministrat occultus: ita vt non osten-
dat tantummodo veritatem verum etiam
imperiat charitatem; sic enim dacet Deus
eos qui secundum propositum vocati sunt,
simul donans & quid agant scire, & quod
sciunt agere. Qui autem nouit quidem
quid fieri debeat & non facit, nondum à
Deo didicit secundum gratiam, sed secun-
dam legem; non secundum spiritum sed
secundum litteram. Ergo ex August.
gratia nunquam suo effectu frustra-
tur, nam hoc est discrimen inter le-
gem & gratiam, quod lex prauati-
catores facit, gratia dilectores.

Augustinus à doctore veritatis
hanc sublimem hausit doctrinam,
quid est enim (vt ait August.) Om-
nis qui audiuit à patre & didicit, venit
ad me: nisi nullus est qui audiat & dis-
cas à patre, & non veniat ad me, si enim

L. de gr.
Chr. c. 13.

270 PHILOSOPHIA MORALIS
omnis qui audiuit à patre & didicit, venit,
profecto omnis qui non venit non audiuit à
patre & didicit; nam si audiret & di-
dicisset, veniret. Ergo qui non venit,
qui non credit, non audiuit à patre,
non didicit secundum gratiam sed
secundum legem: nam ut docet a-
libi. *Tanquam hoc sit certissimum iudi-
cium, quod à Deo didiceris, si id quod di-
diceris feceris.* Valde remota est à sin-
erbis carnis hæc schola in qua pater au-
diunt, & docet ut veniatur ad filium; ibi
est & ipse filius, quia ipse est verbum eius
per quod sic docet; nec agit cum carnis
aure, sed cordis. Vis scire an illa gra-
tia sit efficax? Hæc itaque grata quæ
occulte humanis cordibus diuina largitate
tribuitur, à nullo corde respuitur; ideo
quippe tribuitur ut cordis duritia primitus
auferatur. Cum igitur Euangelium præ-
dicatur, quidam credunt, quidam non
credunt; sed qui credunt prædicatore fo-
rinxccus insonante, intus à patre audiunt
atque discunt, qui autem non credunt
foris audiunt, intus non audiunt, neque
discunt: hoc est illis datur ut credant,

L de
præd. §.
c. §.

*illis non datur, quia nemo inquit, venit
ad me nisi pater qui misit me traxerit eum.
Hic Molinista latebras querant :
gratiam sufficientem omnibus com-
munem à nutu voluntatis penden-
tem Augustinus apertissimè ex-
plodit.*

Cum igitur Deus voluntatem no-
stram determinet ; nunquid etiam
nos ipsos determinamus ? cum facit
ut agamus , nonne etiam agimus ?
Itane (inquit Sanctus Doctor) non-
dum euigilatis ? non auditis faciam ut am-
bulatis , faciam ut obseruetis , postremò fa-
ciam ut faciatis , quid adhuc vos inflatis ?
nos quidem ambulamus , verum est , nos
obseruamus , nos facimus , sed ille facit ut
ambulemus , ut obseruemus , ut faciamus ,
hac est gratia Dei bonos faciens nos , hac
misericordia eius præueniens nos ; & alibi .
Nemo potest venire ad me nisi pater qui
misit me traxerit eum ; non enim ait du-
xerit , ut illic aliquo modo intelligamus
præcedere voluntatem : quis trahitur si iam
volebat , & tamen nemo venit , nisi velit ;
trahitur ergo miris modis ut velit , ab illo

L. 4. ad
Bonif.

L. 1. ad
Bonif.

272 PHILOSOPHIA MORALIS
qui novit iniùs in ipsis hominum cordibus
operari, non ut homines (quod fieri non
potest) nolentes credant, sed ut volentes
ex nolentibus fiant.

Siquidem (ut ait sapiens) cor
Ep. ad vita. regis in manu Dei est, voluntatem no-
stram omnipotentissimam facilitate
conuertit, nosque volentes ex no-
lentibus facit, ut ait Sanctus An-
tistes. Hinc Sanctus Prosper vocat
gratiam omnipotentem.

Car. de
ingr. *Ali vero omnipotens hominem cum gratia
saluat,*
*Ipsa suum consummat opus, cui tempus
agendi*
*Semper adest, qua gesta velit; non mo-
ribus illi*
*Fu mora, non causis acepit suspenditur
ullis.*

Quod autem illa gratia non sub-
datur arbitrio nostro, quemadmo-
dum volebant Pelagiani & Semipe-
lagiani egregie docet idem Sanctus.
Vos igitur soli queruli, solique superbi,
Vos soli ingratis quos viri gratia: cuius
Omne opus arbitrio vultus subsistere vestro,

Eg

*Et quod non cuncte mortales atque
Ingriduntur, ita ex ipsis pendere paratis,
Ne tam ex iudicio constet cuiusque quod
intrat,
Quam quod non intrat, seu per in virum-
que facultas
Supradatur, & tam sit proprium bona,
quam mala velle.
Iprocun insana impietas, artesque malignas
Ausus, & auctorem comitare exclusa
Britannum.*

Gratia ergo non ex libero arbitrio suspenditur, sed simul ut fores pulsat, rumpit ostia, Deo incremento dante, cui ut ait Aug. *Volenti saluum facere nullum hominum resistit arbitrium, sic enim velle, vel nolle in volentiis aut nolentis est potestate, ut diuinam voluntatem non impediatur, nec superet potestatem de his enim qui faciunt quae non vult, facit ipse quae vult.* Non est itaque dubitandum voluntati Dei qui in celo & in terra omnia quacumque voluit fecit, & qui etiam illa quae futura sunt fecit, humanas voluntates non posse resistere, quominus ipse faciat quod vult; quando-

L. de cor.
& grat.
c. 14.

S

274 PHILOSOPHIA MORALIS
quidem de ip̄is hominum voluntaribus
quod vult facit, nisi forte ut ex multis
aliqua commemorem, quando Deus voluit
sauli regnum dare, sic erat, in potestate
Israelitarum subdere se memorato viro,
sive non subdere. Concludit Sanctus
Doctor. Quod Deus sine dubio habet
humanorum cordium quō placet inclinan-
dorum omnipotentissimam potestatem,
quod magis habet in potestate voluntates
hominum, quam ipsi suas. Cum igitur
Deus voluntates nostras, inclinat &
flectit quō ipse vult, non est timen-
dum, ne vim nobis inferat, ne liber-
tatem nostram lēdat.

Voluntas gratiam sequitur, non
præuenit, gratia subiacet non do-
minatur; cum ergo inquit August.
Fides impetrat iustificationem, sicut uniu-
cuique Deus paritus est etiam ipsius men-
suram fidei, non gratiam Dei aliquid me-
rii præcedit humani. Sed ipsa gratia me-
retur angeri, ut aucta mereatur perfici,
comitante, non ducente, pedissequā, non
prævia voluntate; &c alibi. Voluntas
quippe humana non libertate consequitur.

Epist. ad
Pauli.

L. de cor.
& grat.
C. 9.

CHRISTIANA. 275
gratiam, sed gratiam posuit libertatem, &
ut perseveret delectabilem perpetuam, &
insuperabilem fortitudinem.

Gratiam illam victricem orationes Ecclesiaz demonstrant, cum roget Ecclesia ut nostras rebelles voluntates compellat, ut voluntas Dei fiat non nostra, ut regnet in voluntatibus nostris, non enim oramus ut Deus det posse si velimus, sed etiam det velle. Nihil [inquit August.] in scripturis sanctis homini a Domino video inberi propter probandum liberum arbitrium, quod non innenatur vel dari ab eius bonitate, vel posci, propter adiutorium gratia demonstrandum; & alibi. Quod licet non fiat nisi voluntas adsit, tamen ut fiat, voluntas sola non sufficit, ideo pro hac re nec superflua, nec impudens Domino immolatur oratio: nam quid stultius quam orare ut facias quod in potestate habeas? Hinc sape docet quod Deus dat, quod iubet. Cum ergo nobis iubet, dicens conuerterimini ad me, & ego conuertere ad vos, nosque ei dicimus, conuertere nos Deus noster sanitatum nostrarum, quid

L. 2. ad Bonif.

L. de nat.
& grat.

S 2

aliquid dicimus quam da quod iubes? cum
iubet dicendo, intelligite ergo qui insipientes
estis in populo, & nos illi dicimus, da
mihi intellectum ut discam mandata tua,
quid aliquid dicimus quam da quod iubes?
cum iubet dicendo post concupiscentias
tuas non eas, nosque dicimus, scimus quia
nemo potest esse continens nisi Deus datur,
quid aliquid dicimus, quam da quod iubes?
cum iubet dicendo facite iustitiam, nosque
dicimus doce me iustificationes tuas, quid
aliquid dicimus quam da quod iubes.

Epist. ad
vital.

Ibidem.

Profecto frustra oramus. Pro in-
credulis ut eos Deus ad fidem convenerat,
pro Cathecumenis ut eis desiderium regen-
erationis inspiret, & pro fidelibus ut in
eo quod esse coepissent eius munere perse-
uerent. Si Deus hoc omnia non ope-
retur, sed voluntas nostra gratia qui-
dem adiuta, sed quae omnibus datur,
& quam virutur cum vult. Absit ut quod
facere Deum rogamus oribus & vocibus
nostris, cum facere negemus cordibus no-
stris, & quod est gravius ad alios etiam
decipiendos non taceamus disputationibus
nostris, & dum volumus apud homines de-

*fendere liberum arbitrium, apud Deum
perdamus orationis auxilium & gratiarum
actionem non habeamus, dum veram non
agnoscimus gratiam.*

Non possum sine piaculo præterire authoritatem doctoris gentium, cuius commerationi hic dies consecratur, qui cum fuerit gratiæ miraculum nihil aliud in suis Epistolis quam gratiam commendat; docet enim quod. *Spiritus sanctus interpellat pro nobis.* Id est interpellare nos facit, docet quod. *Qui sunt filii Dei spiritus Dei aguntur.* Docet quod. Deus dñe velle & perficere pro bona voluntate. Docet quod. Deus nos discernit, quod nihil habemus in quo gloriemur, quod sumus noua illius creatura, figuratum illius creatione operibus bonis que Deus preparavit, ut in illis ambulemus, docet quod gratia non est ex operibus, alioquin non est gratia sed merces. Id est non gratis datur, sed debita redditur, docet quod. Deus incipit, & perficit, ut qui cepit in vobis opus bonum perficiat. Rogat vt. Deus nos aptet in omni bono. Id est nos

278 PHILOSOPHIA MORALIS
determinet & applicet, rogat. Ne
quid faciamus malum. Postremo docet
quod Non est currens, neque volentes
sed miserentis Dei. Quæ verba tractans
August. Nam si (inquit) propriea
solum dictum est, non volentis neque cur-
rensis sed miserendis est Dei, quia voluntas
hominis sola non sufficit, ut iuste recteque
vivamus. nisi adiuuemur misericordia
Dei; potest & hoc modo dici, igitur non
miserentis est Dei, sed volentis est hominis,
quia misericordia Dei sola non sufficit,
nisi consensus nostræ voluntatis addatur.
At illud manifestum est frustrânos velle
nisi Deus misereatur. Illud autem nescio
quomodo dicatur frustrâ Deum misereri
nisi nos velimus. Si enim Deus misereatur,
enam volumus, ad eandem quippe mis-
ericordiam pertinet ut velimus. Deus
enim est qui operatur in nobis & velle, &
operari pro bona voluntate.

Diluuntur obiectiones.

Vetus est querela, Pelagianis,
Massiliensibus, & Molinistis

L. v. ad
dimph.
qu. 2.

communis, quod illa gratia vicitrix tollit liberum arbitrium, quod Aug. inducit quardam necessitatem fatalem. *Nimium vero (inquit Prosper) inepie , nimiumque inconsiderate aduersantibus dicitur quod per hanc Dei gratiam libero nihil relinquantur arbitrio.* Cui obiectioni respondet. *Quod si eam filiorum Dei partem que ad pietatis opera Pio consideramus innitu nonne in eis non peremptum innuenimus liberum arbitrium sed renatum? quod utique cum solum esset sibi permisum non nisi in suam perniciem monebatur ipsum enim se excœperat, & ipsum se illuminare non poterat: nunc autem idem liberum arbitrium conuersum est, non euersum, & donatum est ei aliter sapere, aliter agere, & incolumitatem suam non in se, sed in medico collacare.* Et alibi respondens obiectiōnibus Semipelagianorum. *Amar ergo languores suos & pro sanitate habet quod agrotare se nescit, donec prima hec medela conferatur agroto ut incipiat nosse quod langueat, & possit openi medici desiderare qua surgat.*

Mille in locis August. huic obiectioni satisferit. Si vere (inquit) voluntus defendere liberum arbitrium non oppugnemus unde sic liberum : nam qui oppugnat gratiam qua nostrum ad declinandum à malo & faciendum bonum liberatur arbitrium ipse abhuc arbitrium suum vult esse captiuum. Et codem in loco. Quomodo dicuntur negare liberum arbitrium voluntatis qui confitentur omnem hominem quisquis suo corde credit in Deum non nisi suā liberā credere voluntate : cum potius illi oppugnant arbitrium liberum, qui oppugnant Dei gratiam, quā vere ad bona eligenda & agenda sit liberum. Et alibi. Non intelligunt non confirmare humanum arbitrium, sed impellere ut per inania feratur, non in Domino tanquam in petrā stabili collocetur ; paratur enim voluntas à Domino.

Epist. ad
vita.

Epist. ad
Sixtum.

Cum Deus nos agit & mouet, nos etiā agimus nosque ipsos mouemus. Aguntur enim (vt ait August.) ut agant, non ut ipsi nihil agant, & ad hoc eis ostenditur quid agere debeant, ut quando id agant secutus agendum est id est

*cum dilectione & delectatione iustitiae,
suauitatem quam dedit Dominus, ut terra
eius daret fructum suum accepisse se gau-
deant.*

Opponunt iterum quod omnis
necessitas antecedens tollit liberta-
tem, ut docet S. Anselmus: ergo si
voluntas mouetur necessario à gratia
victrice, quae voluntatem præuenit
non mouetur libere.

Respondeo, quod necessitas an-
tecedens quæ est pure naturalis li-
bertatem perimit, ut necessitate non
libertate morimur, aut senescimus:
necessitas autem rationalis & volun-
taria adeò non libertati obest, ut sit
summa eius perfectio ut superiori
disputatione ostendimus.

Opponunt tertio Concilium Tri-
dentinum. *Si quis dixerit liberum ho-
minis arbitrium à Deo motum, & excita-
tum nihil cooperari assentiendo Deo exci-
tantis, atque vocanti quod se disponat ac
præpare ad obseruandam iustificationis gra-
tiā, neque posse dissentire si velit, sed
velut inanis quoddam nihil omnino*

Sess. 6.
can. 4.

282 PHILOSOPHIA MORALIS
agere, mereque paſſiuē ſe habere anathematiſt. Ergo liberum arbitrium po-
teſt diſſentire gratiæ ſeu prämiacioni
diuinæ.

Ne vidcamur minus liberales quam parſi erga aduersarios, non modo fatemur liberum arbitrium poſſe diſſentire ſi velit; ſed etiam ſæpe diſſentire & reſiſtere diuinæ motioni, nolumus enim contentio-
niſ funem trahere: agit Concilium de präparatione ad gratiam iuſtiſi-
canteſ: aliquando Deus de repente iuſtiſicat, ut doctorem gentium:
ſæpius per diuersos gradus ad iuſtiſicationem nos perducit: porro ſi Deus ſæpe iuſtificatos deſerat, &
permittat ut inducantur in tentationem, multo magis eos qui nondum ſunt iuſti, qui occaſione peccandi proposita, ſæpe deſerit, eo quo di-
ceimus alibi modo: quis igitur dubitat eos diſſentire gratiæ excitanti, non in ſenu composito, ſed in ſenu diuino: nam ut corpus quietum mo-
ueri poſteſt, non quamdiu eſt quie-

tum (id est) non in sensu composito: sed tantum in sensu diuiso: hoc est motus & quies simul componi & coniungi non possunt, sed quod quietum est habet potestatem ad motum, sic cum Deus nos mouet, & currimus in odorem vnguentorum suorum, tum certe non possumus non currere; non possumus non consentire in sensu composito: sed tamen in sensu diuiso possumus dissentire: imo s̄pē dissentimus cum post longam præparationem peccato succumbimus. Hæc est prima solutio Thomistarum quam nunquam poruerunt Molinistæ destruere.

Secundo respondemus, quod gratiæ Dei mouenti & excitanti multipliciter resistimus. Primo gratiæ exteriori, non enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat sed qui incrementum dæt Deus. Secundo resistimus gratiæ interiori quæ mentem duntaxat irradiat, nec voluntatem accedit. Tertio gratiæ non tantum suadenti sed etiam persua-

284 PHILOSOPHIA MORALIS
denti: ita tamen ut parvam duntaxat
voluntatem efficiat, & instar roris
voluntatem aspergat & quemdam
boni amorem quasi furtim imperret,
qua scilicet de veile non perficere,
qua tenuissimam boni complacen-
tiam inspireret, non plenam volunta-
tem. Quarto etiam si de plenam
voluntatem & instar inundationis
cuiusdam totam rapiat voluntatem
semper resistimus, quia concupiscen-
tia pugnat cum charitate sicut onus
graue, quod humeris geritur semper
resistit, vel ut lapis sursum projectus
in contrariam nititur partem; sic
concupiscentia pondus diuinæ gra-
tiae resistit, sed gratia semper eum
habet effectum ad quem illam Deus
destinat. **Quod autem impedimen-**
tum afferamus, vel ei resistamus in
nostram voluntatem referendum est,
quod consentiamus, Deo referen-
dum est acceptum; quia semper de-
fectus in creaturam, perfectio in
creatorem refunditur.

Respondemus tertio, quod ille

Canon Concilij statuitur contra Lutherum qui liberum negabat arbitrium, qui docebat quod non possumus dissentire gratiae etiam si velimus; eamdem calumniam olim Pelagiani Augustino imponebant: quasi nos inuitos gratia traheret: hunc itaque Lutheri errorē sacram Concilium retundit, & docet quod possumus dissentire si velimus; quid enim aliud est consentire quam velle, ergo si consentimus volumus, si dissentimus nolumus; si velimus dissentire, dissentimus.

Sed inquies si hæc propositio possumus dissentire si velimus eadem est cum hac propositione possumus dissentire si dissentiamus, videtur nugatoria & indigna Concilio.

Respondeo quod hæc propositio non possumus dissentire si velimus (id est) etiam si velimus, indigna est quam Concilium probet, non indigna quam feriat Anathemate: tum quia voluit illam damnare ijsdem verbis quibus illam Lutherus conce-

286 PHILOSOPHIA MORALIS
perat ; tum quia Lutherus fatebatur
quod volumus & consentimus sed
negabat esse in nostra potestate velle,
aut consentire , nolle vel dissentire :
quod condemnat Concilium : nam
iuxta Augustinum illud est in pot-
estate nostra quod adest cum volumus:
vnde ipsum velle est maxime in po-
testate nostra.

Iam alibi ostendimus Calvinum
nullas partes relinquere libero ar-
bitrio. *An necessariam ita concedunt
gratiam , ut suam homini velint seruatam
facultatem ? vnde id probant ?* l. 2. inst.
c. 5. vult lib. arb. esse velut instru-
mentum , imò ut materiam , non
agere sed agi hoc si clarius exponi
tibivclis , sic habe , instar materie in
homine esse voluntatem , que gratiae
operationis subiecta sit , ut ab eâ formam ac-
cipiat. Contrà Pighium omnem con-
cursum vel cooperationem tollit.
*Nos ad nihil redigendo , omnem vel
exigue facultatis opinionem excludit. Ni-
hil in bono opere restare nobis video , si
Deo illibatum seruamus quod suum est.*

I. 2. inst. c. 3. negat voluntatem nostram esse in utramque partem flexibilem. *Omnis contumacie culpa in hominem primitate habet, sed hanc inde colligitur, cor in utramque partem esse flexibile.* ibid. c. 5. ex his coniuge quantum intercedat discriminis inter sententiam discipulorum SS. Aug. & Thomæ, & heresim Caluini.

Neque nobis obijcas quod beati possunt dissentire & velint, sed velle non possunt; ergo non magis possumus dissentire gratiæ quam beati.

Respondeo quod magna est dis-
paritas; quia beati non sunt amplius
mutabiles, voluntatem non habent
vertibilem in malum, concupiscentiæ
non sunt obnoxij, ignorantia non
laborant, sed homo viator semper
habet voluntatem mutabilem, igno-
rantiam & concupiscentiam affigitur,
vnde potest resistere gratiæ non item
beati.

Vt cœreris objectionibus facias
satis, meminisse debes quod gratia
potest considerari dupliciter, primo

288 PHILOSOPHIA MORALIS
quatenus exit à Deo cuius est velut
instrumentum & ita semper suum
habet effectum ad quem eam Deus
destinavit. Secundo quatenus reci-
pitur in voluntate quæ est flexibilis
& mutabilis, quomodo non semper
omnem effectum suum sortitur, nec
ad iustificationem nos perducit: sic
possunt variæ scripturæ loca conci-
liari ut cum hortatur Apostolus ne
gratiam Dei in vanum recipiamus,
ne Spiritum sanctorum extinguiamus;
cum docet gratiam Dei in ipso va-
cuam non fuisse; certum enim est nos
impedimentum & obicem ponere
gratiæ; nos resistere Spiritui sancto;
sed tamen omnis victoria nostra ex
Deo est: ille in nobis ut operemur
operatur ut ait Concilium Arausida-
num, præparat voluntatem ut docet
regum sapientissimus. *Videte (inquit*
August.) itaque loquendo multipliciter
multis modis, per multa vasa, per multa
organa, ipse tamen sonat ubique tangendo,
modificando, inspirando. Et alibi. Nos
ergo loquimur soris, illo adficar intus,
quomodo

In P̄al. 49.

quonodo audiat̄ nos aduertimus, quid cogitatis ille solus videt qui cogitationes vestras videt, ipse edificat, ipse monet, ipse terret, ipse intellectum aperit, ipse ad fidem applicat sensum vestrum. Et alibi. Nec omnium est fides qui audiunt verbum, sed quibus Deus partitur verbum fidei, sicut nec omnia germinant quae plantantur & rigantur, sed quibus Deus dat incrementum. Sed ut docet idem Sanctus.

Cum verbis doctor plantat &栽培at, possimus dicere forte credit auditor: cum vero dat incrementum Deus sine dubio credit & proficit: ecce quod interest inter legem & promissionem, inter libertatem & spiritum.

L. 2. op.
imp. f. 157.

Quod opponit Suares ex l. de spiritu & littera c. 33. liberum arbitrium vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem posse. Et ideo nec istam voluntatem qua credit Deo dici potest homo habere, quam non accepit, quandoquidem vocante Deo surgit de libero arbitrio, quod naturaliter cum crearetur accepit. Iterum obiectionem Pelagianorum

T

290 PHILOSOPHIA MORALIS
pro Augustini doctrina turpiter ar-
ripit, nam infra August. hanc reijcis
responcionem, si enim Deus dat velle
quia voluntatem, seu facultatem
accepimus, quâ bene volumus, hinc
optime infert, quod eâdem ratione
Deus daret malum velle, quia ac-
cepimus facultatem bene & male
volendi.

CAPVT V.

Sententia Maßilientium explicatur.

POstquam Augustinus hæresim
Pelagianam quasi in suis detru-
ctionibus palpantem (vt loquitur
Prosper) invicto verbi gladio de-
bellasset, de sorditis Pelagianorum
cineribus nati sunt Semipelagiani,
quorum ut varios errores quantâ po-
terimus breuitate maxima colliga-
mus, cum aliquo ordine proceden-
dum est. Auxilia quæ Deus homi-
nibus præbet, vel spectare possumus

in intentione Dei, vel in executione. Deus iuxta Massilienses & qualiter se habet erga omnes homines, quorum est eadem causa, adeo ut propria hominis voluntas, non electio Dei, discernat liberandos à non liberandis; unde ferre non poterant doctrinam Augustini qui vult Deum de massa perditionis quoddam præ alijs eligere. *Nouum & inutile esse prædicationi dicebant (ut refert Hilarius)* quod quidam secundum propositum eligen-
di dicantur, ut id nec arripere valeant nec tenere nisi credendi voluntate donata; excludi putant omnem prædicandi vigorem si nihil quod per eum excitetur in homini-
bus remansisse dicatur.

Hinc locum illum Apostoli. *Deus
vult omnes homines saluos fieri. Sic ex-
plicabant ut nullus exciperetur.*
Cum sine delectu seu lex, seu gratia Christi Carm. de
Omnem hominem saluare velit, donum- ingr.

*que vocantis
Sic si propositum, ut nullus non possit ad
illud*

Liberate suā, proprioque vigore venire.

Epiſt. ad
August.

T 2

*Quod si spectemus auxilia diuina
quoad executionem nemini non of-
ferri & præstari existimabant.*

*Gratia qua Christi populus sumus hoc co-
bibetur*

*Limite reboscum, & formam hanc ascri-
bitis illi,*

*Ye cunctos vocet illa quidem, innuetque,
nec ullam*

*Præteriens, studeat communem afferre fa-
latem*

*Omnibus, & totum peccato absoluere
mundum.*

Sic etiam Massilienses Christum
Dominum pro omnibus ita mor-
tuum asseverabant ut nullus excipere-
tur. Pro vniuerso autem humano genere
(inquit S. Prosper) mortuum esse Do-
minum nostrum Iesum Christum, & ne-
minem prouersus à redemptione sanguinis
eius exceptam, etiam si omnes hanc vitam
alienissimam ab eo mente pertransierant, quia
ad omnes homines pertinet diuina misé-
ricordie Sacramentum, quo ideo plurimi
non renouentur quia quod nec renouari
vile habeant præfoscantur: itaque quan-

Epist. ad
August.

tum ad Deum pertinet omnibus paratam vitam aeternam, quantum autem ad arbitrij libertatem, ab his eam apprehendi qui Deo sponte crediderint & auxilium gratiae merito credulitatis acceperint.

Cum autem illis opponebatur Euangelium non omnibus nationibus fuisse prædicatum, atque adeo Deum nolle omnes homines nemine excepto saluos fieri, configiebant ad scientiam medium seu exploratrix. Cum autem dicitur *eis*, quare Hilar. ib. alijs, vel alicui predicitur, vel non predicitur, vel nunc predicitur quod aliquando paene omnibus sicut nunc aliquibus gentibus non prædicatum sit, dicunt id præscientia esse diuinæ ut eo tempore & ibi, & illis veritas annuntiaretur vel annuncietur, quando & ubi prænoscetur esse credenda.

Cum etiam ipsis obijciebatur tot paruulos sine baptismo mori quos certe Deus non vult saluos fieri, item ad scientiam medium configiebant. Tales aiunt perdi talesque saluari, Prosper. quales futuros illos in annis maioribus, si ibid.

294 PHILOSOPHIA MORALIS
ad actionem seruarent statem scientia
divina praeviderit. Cum autem ini-
ctissimo illo argumento vrgebantur
respondebant. Parvolorum causam ad
exemplum maiorum non esse referendam.

Hil. ibid.

Sed errorum omnium caput hoc
erat, quod vellent principium con-
versionis seu initium fidei libero ar-
bitrio esse referendum, adeo ut me-
rito credulitatis seu fidei, auxilium
diuinæ gratiæ recipierent. Quod enim
dicitur crede & saluus eris, vnum horam
exigunt afferunt, altud offerri, vi propter id
quod exigitur, si redditum fuerit, id quod
offerunt deinceps tribuantur.

Hil. ibid.

Hinc rationem facile constare di-
cebant cur alij reijciantur, alij eli-
gantur. Si autem [aiunt] dicatur vel
ealem omnibus remansisse voluntatem,
qua vel contempnere quis valeat vel obe-
dire, de compendio putant rationem reddi
electorum vel reiectorum, in eo quod vni-
cuique meritum propriæ voluntatis adiun-
gitur

Hil. ibid.

Liberum itaque arbitrium non ea
fuisse extenuatum dicebant, & pec-

cato primi parentis debilitatum, ut non possit vel medicum querere, vel vocanti obedire, quamvis sine gratia non possit sanari. Ceteram ad nullum opus vel incipiendum, ne dum percipiendum, quemdam sibi sufficere posse consentiunt: neque enim dicui operi curationis eorum annumerandum putant, exterrit a supplicijs voluntate, unumquemque egrotum velle sanare. Ea est igitur sententia Semipelagianorum quod sicut egrotus non potest scipsum sanare, sed tamen potest medicum implorare, & velle sanari; sic homo lapsus & vulneratus peccato primi parentis, non satis habet vitium, ut possit resurgere, ut possit curari; sed tantum ut velit sanari; unde volebant remansisse aliquid naturalis vigoris qui fuit in primo homine, qui per prædicationem, aut hortationem, aut miraculum exciteretur. Sed id conueniens afferunt veritati, vel congruum prædications, ut cum prostratis & nuncquam suis viribus surrecturis annunciantur obtinende salutis occasio, eo merito quo

Hilar.

Hilar.

T 4

296 PHILOSOPHIA MORALIS
voluerint & crediderint, à suo morbo se
posse sanari & ipsius fidei augmentum,
& totius sanctuaris sue consequatur
effectum.

Hinc vulgares Massiliensium que-
relæ, quod scilicet inutilis esset ex-
hortatio, si nihil in homine reman-
sisse dicatur, quod correctio valeat
excitare. Nam (inquietabant) si sic
prædestinationis sunt ad vitamque partem, ut
de alijs ad alios nullus posset accedere; quòd
pertinet tanta extrinsecus correctionis in-
stantia & referente Prospero. Remo-
nueri itaque omnem industriad quereban-
tur, tollique virumes, si Dei confitatio hu-
manas præuenient voluntates, & sub hoc
prædestinationis nomine fatalem quamdam
induci necessitatem; hoc autem propositum
vocationis Dei quo vel ante mundi ini-
tium, vel in ipsa conditione generis hu-
mani, eligendorum, & rejiciendorum di-
citur facta discrecio, ut secundum quod
placuit creatori, alijs sint vasa honoris, alijs
vasa contumelie & sanctis occasionem te-
poris afferre, eo quod in vitamque partem
superfluis labor sit, si neque rejectus vlla

Hilar.

Prop.

*industria possit intrare, neque electus ultra
negligentia possit excidere: quoquo enim
modo se egerint, non posse aliud erga eos
quam Deus definitum accidere, & sub
incerta spe cursum non posse esse constan-
tem, cum si aliud habeat prædestinantis
electio, cassa sit annitenus intentio. Hæc
& alia id genus monstra sibi finge-
bant. Eo postremo (inquit Prosper)
peruicatio tota descendit, ut fidem nostram
adificationi audientium contrariam esse
definiant, ac sic etiam si vera sit non pro-
mendam, quia & perniciose non recipien-
da tradantur, & nullo periculo que in-
telligi nequeant conticeantur.*

Mitto recensere quid de persecu-
ranti crediderint Massilienses. Quod
autem dicit sanctitas tua, neminem per-
seuerare nisi perseverandi virtute præcepta
hactenus accipiunt, ut quibus datur inerti-
licet, præcedenti tamen proprio arbitrio
tribuatur, quod ad hoc tantum liberam
afferant ut velut, vel nolit admittere me-
dicinam; cæterum & ipos abominari se,
& damnare testantur, si quis quicquam
virium in aliquo remansisse quoad savita-

Hilar.

298 PHILOSOPHIA MORALIS
tem progredi posse existimat. Nolunt autem ita hanc perseverantiam prædicari, ut vel non suppliciter emereri, vel amitti consumaciter possit nec ad incertum voluntatis Dei deduci se volunt. Ecce infra.
Deinde moleste ferunt ita diuidi gratiam qua vel tunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur, ut ille acceperit perseverantiam, non quia fieret ut perseveraret, sed sine qua per liberum arbitrium perseverare non posset, nunc vero sanctis in regnum per gratiam prædestinatis non eale adiutoriorum perseverantia datur; sed eale ut eis perseverantia ipsa datur; non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint; verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint, his verbis sanctitatis tua ita mouentur, ut dicant quamdam desperationem hominibus exhiberi.

Videant nunc Molinistæ quantum à Massiliensibus abhorreant, hoc certe habent commune quod utique nolunt ad incertum voluntatis Dei se deduci, quod Deus quantum est ex se omnes homines nemine excepto velit saluos fieri; quod omni-

bus auxilia quæ ad salutem sufficient exhibeat; quod Deus non discernat beneficio suæ gratiæ electos à reprobis, sed discrimen omne ex propria cuiusque voluntate proficiscatur.

Eadem monstra utriusque sibi fingunt; ijsdem larvis populum terrent; quod scilicet doctrina Augustini in desperationem ducat, liberum perimat arbitrium, omnes prædicationis exhortationis & correctionis habenas incidat.

Sed in hoc differunt Molinistæ à Massiliensibus, quod illi diuinam gratiam non modo in principio conversionis, sed in toto progressu; non tantum quoad fidei initium; sed etiâ quoad omnia bona opera à principio usque ad calcem voluntati nostræ subiçiant: Massilienses vero gratiam dunataxat subdebant arbitrio in primo fidei exordio; omnia vero bona opera quæ fidem sequebantur, Dei dona esse fatebantur, sed ea esse merita primæ voluntatis falso credebant. De persecuerantia autem &

300 PHILOSOPHIA MORALIS
prædestinatione Molinistæ cū Ma-
siliensibus omnino conueniunt.

Quid respondent Molinistæ non
obscurum est; scilicet Massilienses
non agnouisse gratiam interiorem
cuius beneficio possent credere aut
bene velle, sed credidisse gratiam
exteriorem sufficere qualis est præ-
dicatio, & in hoc fuerunt hæretici.
Sed pace eorum dixerim Massiliens-
es gratiam interiorem quæ nostro
subdererut arbitrio non respuisse.
In istam vero talis gratia prædicationem hi
quorun contradictione offendimur, cum
prius meliora sentirent, ideo se vel maxime
contulerunt, quia si profiterentur ab eis om-
nia bona merita præueniri, & ab ipsa vi
possint esse donari, necessitate concederent
Deum secundum propositum & consilium
voluntatis sue, occulto iudicio & opere
manifesto, aliquid vas condere in honorem,
aliquid in contumeliam. Vides quod ni-
hil potuit deterrere Massilienses ab
admittendâ gratiâ Molinistica cuius
vulsus pendeat à libero arbitrio, sive
sit interior, sive exterior, dummodò

Prosp. ad
August.

CHRISTIANA. 501
non cogerentur fateti, Deum discer-
nere & eligere secundum proposi-
tum voluntatis suæ.

Quod ut demonstretur uberiori,
meminisse oportet quod ex Augu-
stino gratia actualis & interior ad
singulos actus erat necessaria, cum
enim dixisset Pelagius. Quod non
peccare nostrum est; si de integra (inquit
August.) & sana hominis natura loque-
retur quam modo non habemus, nec sic
recte dicere quod non peccare nostrum tan-
tummodo sit; quamuis peccare nostrum
esset; nam & ibi esset adiutorium Dei &
tanquam lumen sanis oculis quo adiuti vis-
deant se prabere volentibus. Et Conci-
lium Arausicanum post Augustinum
docet quod. Sine Dei gratia non potuit
primus homo custodire qua accepit. Vbi
manifeste loquitur de gratia actuali;
nam ridiculum esset dicere quod sine
gratiâ habituali, non potuit custo-
dire gratiam habitualē: atqui Mas-
silienses libenter agnoscebant gra-
tiā primi hominis, sive auxilium
sine quo, cuius usus penderet à vo-

L. de nat.
& gratia.

302 PHILOSOPHIA MORALIS
luntate & in hoc solo volebant libe-
tatem primævam non fuisse lasam,
adèò ut saltē vellet ægrotus sanari,
vnde Hilarius testatur quod. In hoc
solo dicerent à primo homine omnium di-
flare naturam, ut illum integris viribus
voluntatis sunaret gratia volentem, sine
qua perseverare non poterat, hos autem
amissis & perdiis viribus credentes non
solum erigat prostratos, verum etiam su-
ficiat ambulantes. Et certe non ita
despicebant ut lapsum hominem ali-
quid posse crederent, quod non po-
terat primus homo in sua integritate
scilicet velle aliquid boni sine Dei
gratia interiori.

Epist. ad
August.

Collat. 3.

Hoc facile esset demonstrare ex
Cassiano Semipelagianorum antefi-
gnano. Quoties (inquit) inspiratio
quedam immissa in cor nostrum nonnum-
quam etiam dormientes nos ad desiderium
æternæ vite ac salutis exfuscat. Vides
quod excitamus per inspirationem :
quis autem dixerit inspirationem
non esse gratiam interiorum. August.
ipse qui ante Episcopatum eodem

in errore fuerat ut testatur li. de prædestinatione Sanctorum c. 3. non negavit tamē gratiam interiorem præter exteriores gratias ut incipiamus credere. *Quoniam* (inquit) nec velle quisquam potest nisi admonitus & vocatus sine intrinsecus ubi nullus hominum vides, sine extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibilia, efficitur etiam ipsum velle Deus operetur in nobis. Ergo August. agnoscebat gratiam interiorem sine qua velle non possumus etiam cum in errore Massiliensem versabatur.

Cur igitur inquires August. & Prosper contra Massilienses disputant, quāsi dixerint initium fidei esse ex nobis, & salutem nostram ex fonte volendi profici sci, adeo ut voluntas non indigeret nisi gratia exteriori qua excitaretur? scilicet quia illam gratiam subiiciebant libero arbitrio, instar alicuius habitus; quā gratia vteretur cum vellet, vnde sicut actio tribuitur causæ principi, quæ vtitur & applicat causas instrumentales

304 PHILOSOPHIA MORALIS
verbi gratia actiones humanæ non
tribuuntur habitibus, sed voluntati,
ideo Massilienses arguuntur à San-
ctis Patribus quia in principio fidei
gratiam subiecerunt voluntati.

Respondent quidam Molinistæ
quod gratiam non subiiciunt libero
arbitrio, sed tantum illius usum,
quasi vero res non subdatur arbitrio
nostro cuius usus nobis subiicitur:
afferant si possint aliquid exemplum
ubi res non sit in potestate nostra, cu-
ius usus nobis subest. In hoc igitur
non dissentunt à Massiliensibus cum
enim ut (ait Prosper.) *Duo sunt qua*
humanam operentur salutem, Dei scilicet
gratia & hominis obedientia, priorem vo-
lunt obedientiam esse quam gratiam, re
initium salutis ex eo qui saluatur, non ex
eo credendum sit stare qui saluat, &
voluntas hominis divinae gratiae sibi pariet
opera, non gratia sibi humanam subiicit
voluntatem. Nec tamen inficiabantur
Massilienses nos præueniri à diuina
gratia. *Peruenierunt etiam (inquit*
August.) ut præueniri voluntates homi-

Epist. ad
August.

L. de
præd. ss.
c. i.

num

num Dei gratia fateantur, atque ut ad nullum opus bonum, vel incipiendum, vel perficiendum sibi quemquam sufficere posse consentiant. Et tamen contra eos disputat August. quasi assererent initium fidei esse ex nobis, nosque ad Deum a^ccedere viribus nostris, docetque hoc verum fuisse in statu naturae integræ non in statu naturae corruptæ: quis autem nesciat quod iuxta Augustinum primus homo sine Dei gratia non poterat ad Deum accedere. Qui enim non infertur in tentationem non discedit à Deo, non est hoc omnino in viribus liberi arbitrij, quales nunc sunt, fuerat in homine antequam caderet. Post casum autem hominis non nisi ad gratiam suam voluit pertinere ut homo accedat ad eum, neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere ut homo non recedat ab eo.

Postremo hoc habent commune Molinistæ cum Massiliensibus, quod utrique Augustini autoritatē quantum possunt deprimunt & doctorem gratiae traducunt quasi modum excellerit. Magistris tamen nostris (inquit

V

L. de bono
per seu.
c. 7.

306 PHILOSOPHIA MORALIS
Papa Cœlestinus, loquens de Aug.)
Tanquam necessarium modum excesserint
ob loquuntur, eaque tantummodo sequi &
probare confitentur, qua sacratissima beatæ
Apostoli Petri Sedes contra inimicos gratia
Dei, per misterium præsulium suorum fanxie
& docuit. Hinc Sanctus Prosper. Fal-
lacium calumniatorum hipocrisis dete-
gatur, qui ex ipso iniuria magnitudine
quam in uno cunctis ac præcipue Aposto-
licæ Sedis Pontificibus intulerunt, ab in-
dociis & parum cautis excellenter scien-
tia indicantur. & misero peruersoque suc-
cessu, facilem mendacio consensum eliciunt,
quia reuerentiam sibi presumptione pepe-
rerunt.

Videamus an Molina vestigijs
Massiliensem non infistat. Nos (in-
quit) pro nostra tenuitate rationem to-
tam conciliandi libertatem cum diuinâ
gratiâ, præscientiâ & prædestinatione,
suis ex principiis deduximus, quæ si data
explanataque semper fuissent, forte neque
Pelagiana hæresis exorta fuisset, neque
Lutherani tam impudenter arbitrij nostre
libertatem fuissent ausi negare, neque ex

Contra
collator.
c. 1.

Augustini concertationibus cum Pelagianis, tot fideles fuissent turbati, ad Pelagianosque defecissent, facileque reliqua illæ Pelagianorum in Gallia fuissent extinctæ; neque vero dubito quin ab Augustino & ceteris patribus vnanimi consensu comprobata fuisset hæc nostra de prædestinatione scientiæ, ratioque conciliandi libertatem cum divina gratia, præscientia & prædestinatione, si eis proposita fuisset. Modeste tu quidem ô Molina si Apostolum Paulum discipulum habuisses non exclamasset ô altitudo; sed tua mysteria nondum penetrauerat, sed tua sententia probanda non est, quia noua, cumque tota hæresis Pelagiana tuæ scientiæ exploratrici initatur: nam in uno germine tota delitescit.

— tota nefande

Hæreſeos ſanma, exigua ſub parte te- Carm. de
gatur,

De qua plena mali labes renouetur, &
omne

Commenti corpus per ſingula membra
refurgat.

ingr.

V 2

C A P V T VI.

*Mafilientium & Molinistarum
querelis fit satis.*

Superiori capite magnarum quæsitionum fores pulsauimus, quas citra prævaricationis notam non possumus excitatas non dirimere, sed nec acutate possumus tractare, nisi extra Philosophia cancelllos excurramus. Prima eaque potissima Mafiliensium querela fuit, quod si Deus det velle & perficere, & cuius vult miscreatur, nullus restat corruptioni & exhortationi locus, quadece librum integrum scripsit Aug. de corruptione & gratia, qui liber Mafilienses offendit, & occasione quorumdam Monachorum conscriptus est, fuerant qui identidem dicebant. *Cum ipsa voluntas à Domino præ- & gratia. pareatur cur me cor i p̄is quia vides me eius c. 4. præcepta facere nolle, & non potius ipsum*

CHRISTIANA. 309
rogas ut in me operetur & velle. Profectò non recurrit ad gratiam sufficientem omnibus oblatam.

Multa respondet; primo quod ipsa correctio nihil prodest nisi Deus intus operetur. Non enim aliquid profici nisi cum facit, ut peccati sui quemque paeniteat, & quis hoc dat nisi qui respexit Apostolum Petrum negantem, & fecit flentem? unde & Apostolus Paulus posteaquam dixit, cum modestia corripiendos esse diuersa sentientes, protinus addidit, ne quando det eis Deus paenitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscane de Diaboli laqueis.

Secundo respondet. Quod correctio non est inutilis quia est medium ordinarium quo tibi solet Deus ad conuersionem, sicut plantare, & rigare non est inutile quamvis solus Deus det incrementum, quod explicat exemplo Apostoli qui profitetur se non accepisse Euangelium ab homine, sed à Deo; & tamen quis diceret Apostolo, cur nobis prædicas Euangelium, quod à solo Deo

cap. 5.

V. 3

310 · PHILOSOPHIA MORALIS
acepisti? nonne potest & Deus nobis reuelare. Porro (inquit August.) si hoc non audire dicere sed patiuntur sibi Euangelium ab homine predicari, quamvis etiam posse non per hominem hominidari: concedant etiam corripi se debere a proposuis suis, a quibus Christiana gratia predicatur; quamvis non negetur Deus posse quem velit, etiam nullo homine corripiente corrigerem, & ad dolorem salubrem pœnitentie occultissima & potentissima medicina sue potestate perducere. Sed quare isti sic, alij atque alij alter diversis & innumerabilibus modis vocentur ut reformati, absit ut dicamus iudicium iniuste debere, sed signum.

c. 16.

Tertio respondet quod. Quantum ad nos pertinet qui praedestinatos a non praedestinatis discernere non valemus, & ob hoc omnes saluos fieri velle debemus, omnibus ne percante, vel ne alios perdant adhibenda est a nobis medicinaliter severa correptio.

c. 5.

Addamus cum eodem doctore. Quicumque Dei precepta iam tibi nota non facis, & corripi non vis, etiam propterea

*corripiendus est quia coripi non vis; non
vis enim tibi tua vita demonstrari, non
vis ut feriantur, statque tibi visis dolor,
quo medicum queras.*

Secunda Massiliensium querela
erat, hanc doctrinam non esse præ-
dicationi utilem. Sed aiunt (inquit
August.) prædestinationis definitionem
utileati prædicationis aduersam; quasi
vero aduersata sit Apostolo prædicanti.
Numquid quia dixit Deus est qui operatur
in nobis, & velle, & operari pro bona
voluntate sua, ideo non ipse & ut ve-
linus que Deo placeant, & ut operemur
hortatus est? aut quia dixit qui in vobis
bonum opus coepit, perficiet usque in diem
Christi Iesu, ideo ut inciperent homines &
perseuerarent usque in finem ipsi non sua-
fuerint nempe ipse Dominus hominibus præ-
cepit ut crederent, atque ait creditis in
Deum, & in me credite; nec tamen ideo
eius falsa sententia est, nec vana defi-
nitio, ubi ait nemo venit ad me (id est)
nemo credit in me, nisi fuerit ei datum a
patre meo. Et infra. Sed aiunt (re-
scribitis) nominem posse stimulis corre-

L. de dono
perseuer.
c. 14.

c. 15.

312 PHILOSOPHIA MORALIS
ptionis excitari, si dicatur in conuentu
Ecclesie, audiencibus mulieris, ita se ha-
bet de prædestinatione definita sententia
voluntatis Dei, ut alij ex volis de infide-
litate, accepta obedienti voluntate ve-
neries ad fidem; vel accepta obedienti
maneatis in fide, ceteri vero qui in pec-
catorum delectatione remoramini, ideo
nondum surrexistis quia nec dum vos ad-
iutorium gratia misericordia erexit. Ista cum
dicunt ita nos à confundendâ Dei gratiâ
(id est) qua non secundum merita nostra
datur, & à confundendâ secundum eam
prædestinatione Sanctorum deterrete non
debent, sicut non deterremur à confundendâ
præscientiâ Dei, si quis de illâ populo sic
loquatur, ut dicat sine nunc recte vinatis,
sine non recte, tales vos eritis quales vos
Deus futuros esse præscivit, vel boni, si
bonos vel mali, si malos. Cauendum est
igitur (inquit Sanctus Doctor) ne
dum timemus ne repescat horatio, extin-
guatur oratio, accendatur relatio. Dicatur
ergo verum maxime ubi aliqua questio
ut dicatur impellit, & capiant qui possunt.
Ne forte cum tacetur propter eos qui capore

c. 16.

non possunt, non solum veritate fraudentur & verum etiam falsitate capiantur.

Non esse autem hanc doctrinam intempestive prædicandam, subinde docet August. *Causas* [inquit] verum tacendi longum est omnes querere, vel inservere, quarum tamen est hæc una, ne peiores faciamus eos qui non intelligunt dum volumus eos qui intelligunt facere doctiores. Quo vero moderamine, quæque prudentia vtendum sit explicat. Quæ tamen non ita populis prædicanda est, vt apud imperitam, vel tardioris intelligentie multitudinem redargui quodammodo ipsa sua prædicatione videatur, sicut redargui videtur & præscientia Dei, si dicatur boni nibus, siue curratis, siue dormiatis, quod vos præsciuit qui falli non potest, hoc eritis. Dolosi autem vel imperiti medici est etiam utile medicamentum sic alligare, vt aut non prospic aut obsec: sed dicendum est sic currite ut comprehendatis, atque ut in ipso cursu vestro ita vos esse præcognitos noveritis, ut legitime curratis. Multa in hanc sententiam scribit quæ longum esset recensere.

c. 28.

e. 17. Concludamus igitur cū Sancto Doctor. Quid sicut prædicanda est pietas ut ab eo qui habet aures audiendi Deus recte colatur. Prædicanda est charitas ut ab eo qui habet aures audiendi Deus & proximus diligatur, ita & prædicanda est ista prædestinationis beneficiorum Dei, ut qui habet aures audiendi non in se ipso sed in Dño glorietur.

e. 20. Tertia Massiliensem querela fuit hanc doctrinam Aug. desperationem exhibere. Ego autem (inquit Aug.) nolo exagerare meis verbis, sed illis cogitandum potius relinquo, ut videant quale sit quod fibi persuaserunt, prædicatione prædestinationis audientibus plus desperationis, quam exhortationis afforrē, hoc enim est dicere, sūc de sua salute hominē desperare quando spem suam non in se ipso, sed in Deo didicerit ponere; cum Propheta clamet maledictus omnis qui spem posuit in homine. Certè nemo desperat, de his quæ potest habere, regia via incedendum est, inter præsumptionem, vel nimiam confidentiam, & desperationem; cum timore & tremore salutē nostrā operantes, Deus enim qui dat velle & perfici-

cere. Depositū nostrū seruet, tutio-
res erimus, si in eum tori reclinemus.

Quarta Pelagianorum Massilien-
sium, & Molinistarū querela est, quā
bis verbis proponit Aug. Sed excusa-
bunt se homines qui nolūt rectē, &
fideliter viuere dicentes, quid nos fecimus, qui male
vivimus quandoquidē gratiam unde bene
vivemus non accepimus non possunt ve-
raciter dicere nihil mali se fecisse quia male
vivunt, si enim nihil mali faciunt bene,
vivunt si autem male vivunt, de suo male
vivunt vel quod originales traxerunt, vel
quod insuper addiderunt.

Postremo quoniam se isti excusabūt modo,
nempe illo quem breuiter tanquam ex eorū
voce sibi obiret Apostolus, ut dicant quid
adhuc conqueritur, nam voluntati eius quis
resistit. Si ergo illos non puderet hac excusa-
tione non nobis, sed Apostolo contradicere,
cur nos pigeat eius quod dixit. Apostolus hoc
idem atque identidem dicere, o homo tu
quis es qui respondeas Deo. Et c. satis sit
interim Christiano ex fide adhuc viventi,
Et nondum cernenti quod perfectum est,
sed ex parte scienti, nosse, vel credere
quod neminem Deus liberet, nisi gratia illa

Epist. ad
Sixtum.

316 PHILOSOPHIA MORALIS
misericordia per Dominum nostrum Iesum
Christum, & neminem damnet nisi aquisi-
simâ veritate, per eundem Dominum no-
strum Iesum Christum, cur autem illam,
potiusquam illum liberet, aue non liboret?
scrutetur qui potest indiciorum eius tam
magnum profundum, verumtamen caueat
præcipitium. Pergit profundus do-
ctor demonstrare quomodo nullus
sit excusationis locus. Ac per hoc in-
excusabilis est omnis peccator, vel reatu
originis, vel additamento etiam propriæ
voluntatis, sine qui non sit, sine qui ignorat,
sine qui indicat, sine qui non iudicat: quia
& ipsa ignorantia in eis qui intelligere no-
luerunt sine dubio peccatum est, in eis qui
non potuerant, pœna peccati: ergo in utrius-
que non est iusta excusatio, sed iusta dam-
natio. Pergit ostendere illam excu-
sationem nihil habere iustitiae. Nam
si excusatio illa iusta esset non inde iam
gratia sed iustitia liberaret, cum vero non
liberat nisi gratia nihil iustum inuenie in
eo quem liberat, non voluntatem, non
operationem, non saltem ipsam excusatio-
nem: nam si haec iusta est quisquis eā visitur

merito, non gratia liberatur. Addit lo-
cum scripturæ quo retundat insolentia-
tiam eorum quise excusare volunt; Prouer.
insipientia viri violat vias eius, Deum
autem causant in corde suo.

c. 19.

Quinta cademque omnibus com-
munis querela fuit, Deum esse acce-
ptorem personarum, si alios præ
alijs eligat. *Verum isti* (inquit Aug.)
qui personarum acceptorem fieri existimant
Deum, si in una cademque causa super
alios veniat misericordia eius, super alios
vero maneat ira eius, nempe totas vires
argumentationis humanae in parvulis per-
dunt. An hoc fatu vel fortuna daturi sunt.
Quod quidam baptisentur alijs non
baptisari. *Non opinor eos in tantam*
dementiam prodituros quantulumcumque
nomen Christianum tenere cupientes. Hoc
telum sæpius vrget August. Mirum
autem (inquit) cum his coarctantur an-
gustiis in quanta se abrupta precipite
metuentes retia veritatis.

Ibidem:

Quidam eo dementiae peruenie-
rant ut infantes iam in primordijs
sue nativitatis meriti vel demeriti

318 PHILOSOPHIA MORALIS
capaces existimarent, sed ipsa rei
evidentia conuincebantur. Valeant
(inquit) aliquid ad se ipsam persuaden-
dam ipsa evidentia, nam nusquam sic non
inuenio quid dicam quam r̄bi res de qua
dicitur manifestior est quam omne quod
dicitur.

Respondebant alij quod Deus in
eis quos hinc auferat praeuidet quem
admodū victurus esset quisque si vi-
ueret, & ideo quem nequiter nouit
fuisse victorum sine baptismo facit &
mori, sic in eo puniens opera mala,
non quæ fecit, sed quæ facturus fuit,
quam responsione postea Massiliens
at ripuerūt, sed multiplici ratione
eos confutat Aug. primo; quod si etiam
que commissa non sunt mala opera puniun-
tur cur non omnes tenentur in vita quam
bonis operibus ornatur sumi? cur etiam eo-
rum quib[us] baptisantur quidam diu viuentes
peſſime viuunt & usque ad apostasiam ali-
quādo perueniunt & quid denique præstatur
ei qui rapitur ne malitia mutet intellectum
eius, si iuste puniuntur quæ licet non feceris
fuerat tamen viuendo facturus.

L. i. de
peccata
meritis.

Ibidem.

Idem effugium August. præcludit disputans contra Massilienses. An eo reddituri sumus ut adhuc disputeremus quæta absurditate dicatur indicati homines mortuos, etiam de his peccatis quæ præscivit eos Deus perpetraturos fuisse si vinerent, quod ita abhorret à sensibus Christianis aut profusus humanis, ut id etiam refellere pudeat. Nec damnarentur tyrus & sidon quamvis remissius quam ille ciuitates in quibus non credentibus à Domino Christo admirabilia & signa sunt facta.

Respondent postremo Molinistæ quod Deus non tenetur perturbare ordinem naturæ, nec miracula facere ut quosdam infantes perire non permittat, quasi vero Deus non sit author & rector naturæ; non illum ordinem instituerit? quid hoc est nisi fatum Philosophorum; an Deus cuius prouidentia vel adminimia extenditur, permettet suam imaginem perire ne turbet ordinem naturæ. Neque enim (ait August.) fato cogitur Deus illis infantibus subuenire, illis autem non subuenire cum

320 PHILOSOPHIA MORALIS
sit virisque causa communis; aut res hu-
manas in parvulis non diuina prouidentia
sed forentis agi casibus opinabimur, cum
rationales vel damnande vel liberande
sim anima; quandoquidem nec passet
cadu in terram sine voluntate Passus nostri
qui in cælis est.

Quod autem nulla sit acceptio
personarum eleganter ostendit San-
ctus Doctor. Item quæ acceptio per-
sonarum ibi recta dicitur, ubi ille qui in-
dicat, relinqueat causæ meritam de qua in-
dicat, alteri contra alterum suffragatur,
quia inuenit aliquid in persona, quod hor-
rere vel miseratione sit dignum, si autem
quispiam duos haberet debitores ut alteri
vellet dimittere debitum, alterum exigere,
cui vult donat, sed neminem fraudat, nec
acceptio personarum dicenda est, quando
iniquitas nulla est. Et alibi. Sed cur
gratia Dei non secundum hominum me-
rita datur? respondeo quoniam Deus mi-
sericors est, cur ergo non omnibus? Et hic
respondeo quoniam Deus index iustus est?
qui ergo liberatur gratiam diligat, qui
non liberatur debitum agnoscat, si in re-
mittendo

L. 2. ad
Bonif. c. 7.

mittendo debito bonitas, in exigendo aqui-
tas intelligitur, nusquam esse apud Deum
iniquitas inuenitur: sed cur inquit non
solum in parvorum veram etiam in ge-
minorum vna atque eadem causa tam di-
uersum iudicium? nonne similis quæstio
est cur in diversa causa idem iudicium?
recolamus igitur illos operarios in vinea,
quicota die laborauerunt & eos qui hora
vna, nempe causa diversa est impensi la-
boris, & tamen idem iudicium in reddi-
tione mercedis.

Omnis in genus querelas eorum
qui cum Deo quasi ex postulare vo-
lunt iam præuiderat Apostolus, &
temper recurrit ad altitudinem iudi-
ciorum Dei. Sed quomodo inquiet
non est iniquitas apud Deum, si diligendo
discernit, quos merita operum nulla dis-
cernunt? ita nobis hoc dicitur tanquam id
Apostolus ipse non viderit, non proposue-
rit, non responderit. Miserebor cui mi-
seritus ero, & misericordiam praefabo cui
misericors ero, quid hic nos docuit nisi ex
illa massa primi hominis cui mors debetur,
non ad merita hominum, sed ad Dei mi-

L. de bono
peisuer.

Epist. ad
Paulin.

322 PHILOSOPHIA MORALIS
sericordiam pertinere, quod quisque libe-
ratur, atque ita non esse iniustitiam apud
Deum, quia neque remittendo, neque exi-
gendo quod debetur iniustus est, ibi enim
grata est indulgentia, ubi iusta posset esse
vindicta.

Sed iniustum est [inquiunt] in
vna eademque mala causa hunc li-
berari illum puniri. Haec obiec-
tionem Pelagianam sibi proponit Aug.
cui responderet. Nempe ergo iustum est
utrumque puniri? quis hoc negaverit? aga-
mus ergo gratias salvatori dum nobis redi-
dium non cernimus, quod in damnatione
similium etiam nobis debitum fuisse agnos-
cimus, si enim viri que liberarentur la-
teret quid peccato per iniustiam deberetur,
si nemo, quid gratia largiretur. Vbi quia
ista massa merito damnata est, contume-
liam debitam reddit iniustia, honorem do-
nat indebitum gratia, non meritis prava-
gatiua, non facti necessitate, non temeri-
tate fortuna, sed altitudine diuinarum
sapientia & scientia Dei, quam non a-
perit sed clausam miratur Apostolus cla-
mans d'altitudo. Vnde merito & Pe-

lagianos & Molinistas damnamus
quod illam altitudinem non miren-
tur cum Apostolo, non claudant sed
aperiant. Eamidem responsionem
adhibet Sanctus Prosper.

*Cur querimur quod non omnes salvantur
ab illa,*

*Cum si progeniem super omnem irrupta
maneret,*

*De cunctis insle damnandis non quere-
remur*

*An quod de toto ferretur, non toleratur
De parte, & melius foret omnia debita
cogi,*

*Quam summâ ex solidâ clementier multa
remitti?*

*Quis vero exemptus squalentis carcere
pulset.*

*Inuidia miserantem opem, quia non simul
omnes*

In lucem veram tenebris eduxerit ipsisdem?



APPENDIX
AD MORALEM
CHRISTIANAM.

CAPUT I.

Explicatur Apostoli locus. Deus vult omnes homines saluos fieri.

Mirum quod Molinistæ nihil hactenus nobis obijcere potuerint, quod non fuerit à Pelagianis & Massiliensibus occupatum: duo sunt præcipua quibus identidem conantur indoctis fucum facere, nempe quod Deus ex Apostolo velit omnes homines saluos fieri, & quod unus pro omnibus mortuus est; & hinc probare nituntur auxilia omnibus afferri qui-

bus ad salutem peruenire quisque potest si velit. Sed ponis Apostolicum testimonium (ait August. disputans contra Julianum) & ab eo dicas pulsantibus aperiri qui omnes homines vnde salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire: ne videlicet intelligamus docentibus vobis ideo non omnes salvos fieri & in agnitionem veritatis venire, quia ipsi nolunt petere cum Deus velit dare, nolunt querere cum Deus velit offendere, nolunt pulsare, cum Deus velit aperire, sed hunc sensum vestrum infantes illi, ipsa sua taciturnitate conuincunt, qui nec pertine, nec queruntur; longe pluribus infantibus in istano gratiam non adoptatis ab eo qui vult omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, quibus dicere non potest, volui sed noluisti, quia si voluisset, quis eorum qui nondum habent sue voluntatis arbitrium voluntati eius omnipotentissima restituisse? cur ergo non sic accipimus quod dictum est qui omnes vnde homines salvos fieri, quomodo & illud accipimus quod idem dixie Apostolus, per unius iustificationem in omnes ho-

326 PHILOSOPHIA MORALIS
mines ad iustificationem vita; hos enim
omnes vult Deus saluos fieri in quos omnes
per unius iustificationem gratia permanet
ad iustificationem vita. Hec igitur est
prima explicatio Augustini, quod
nemo saluatur nisi quem Deus vult
saluari sicut omnes iustificantur per
Christum, id est nemo iustificatur
nisi per Christum.

Sic August. saepe explicat Apo-
stolum. Quonodo dicuntur omnes homines
eam finisse accepturos, gratiam, si non illi
quibus non donatur, eam sua voluntate
respuerant quoniam Deus vult omnes
homines saluos fieri cum multis non decur
parvulis, & sine illa plerique moriantur
qui non habent contrariam voluntatem,
& aliquando cupientibus festinantisque
parentibus, ministris quoque volentibus ac
paratis, Deo nolente non decur, cum re-
pente antequam decur expirat, pro quo ut
acciperet currebatur & unde manifestum est
eos qui hunc resistunt tam perficie & veritati
non intelligere omnino qua locutione fit di-
ctum, quod omnes homines vult saluos
fieri, curu tam multi salus non fiunt, non

quia ipsi sed quia Deus non vult, quod sine
ulla caligine manifestatur in parvulis, sed
sicut illud quod dictum est omnes in Christo
viuiscabuntur, cum tam multi aeterna
morte puniantur, ideo dictum est, quia
omnes quicumque vitam eternam percipi-
piunt non percipliunt nisi in Christo, ita
quod dictum est, omnes homines vult sal-
uos fieri, cum tam multos nolit saluos fieri,
idem dictum est, quia omnes qui salvi
sunt nisi ipso volente non sunt. Idem
alibi alium Apostoli locum huic co-
gnatum explicat eodem prorsus mo-
do. Ob hoc etiam dictum est, omnes &
omnes, neque enim qui generantur per
Adam, idem ipsi omnes per Christum re-
generantur, sed hoc recte dictum est, quia
sicut nullius carnalis generatio, nisi per
Adam, sic spiritualis nullius nisi per Chri-
stum. Vides ex August. quo sensu
dixerit Apostolus, sicut in Adam
omnes moriuntur, ita in Christo
omnes viuiscantur, nam ut ait San-
ctus Doctor eodem in libro. Tan-
quam si dicamus verbigratia una est ob-
stetrix in ciuitate, quae omnes excipie.

Epist. ad
vital.

L. i. de
pecca-
meritis.

L. de nat.
& gratia.

Et alibi. Sicut enim uno litterarum magistro in civitate constituto rectissime dicimus, omnes hic litteras docet, non quia omnes cives litteras discunt, sed quia nemo discit nisi quem ille docuerit; sic nemo iustificatur nisi quem iustificauerit Christus. Nam ut alio in loco docet. Non possumus reconciliari nisi peccatorum remissione per unam gratiam misericordissimi Salvatoris, per unam victimam verissimi Sacerdotis, ac si omnes filios mulieris quam serpenti credidit ut libidine corrumpetur, non liberari a corpore mortis huius, nisi per Filium Virginis quam Angelus credidit ut sine libidine faretur.

Non aliter explicat locum Ioannis Euangelistæ, quo dicitur verbum illuminare omnem hominem, quamquam intelligi possit de lumine naturali. Itaque illud quod in Euangelio possum est, era lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum ideo dictum est, quia nullus hominum illuminatur nisi illo lumine veritatis, quod Deus est, ne quisquam putaret se ab eo illuminari a quo aliquid audie, ut

L. de pecc.
meritis.

discat, non dico si quemquam magnum hominem sed nec si Angelum ei contingat habere doctorem, adhibetur enim sermo veritatis extrinsecus, vocis ministerie corporalis, verumtamen neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

Eandem explicationem post Augustinum tradiderunt Episcopi Africani exules in Sardinia. *Omnes praedestinati ipsi sunt quos vult Deus saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui propterea omnes dicuntur quia ex utroque sexu, ex omni hominum genere, gradu, aetate, & conditione saluantur. Semper quidem voluntas Dei omnipotens impletur quia potestas eius nullatenus vincitur.*

Hæc est secunda explicatio quam dialectici appellant pro generibus singulorum, scilicet quia Deus ex omni genere hominum vult quosdam saluos fieri, quam eleganter declarat August. scribens ad Laurentium. *Aut certè (inquit) sic dictum est omnes homines vult saluos fieri,*

Enc.c.103.

330 PHILOSOPHIA MORALIS
non quod nullus hominum esset quem sal-
uum fieri nollet, qui virtutes miraculoruna
facere noluit apud eos quos dicit acturos
fuisse pœnitentiam si fecisset: sed ut omnes
homines omne genus humanum intelliga-
mus, per quascumque differentias distri-
butum, reges, priuatos, nobiles, ignobiles,
sublimes, humiles, doctos, indoctos, &c.
Quid enim est eorum unde non Deus per
vnigenitum suum Dominum nostrum, per
omnes gentes saluos fieri homines velit, &
ideo faciat quia omnipotens inaniter velle
non potest quod valuerit.

Hunc autem esse genuinum sen-
sum ex contextu probat. Praecepit
enim Apostolus ut oraretur pro omnibus
hominibus, & specialiter addiderat pro
regibus & iis qui in sublimitate sunt, qui
putari poterant fastu & superbia seculari
à fidei Christianæ humilitate abhorre,
proinde dicens hoc enim bonum est coram
saluatore nostro Deo, id est etiam ut pro
calibus oreter, statim ut desperationem
tolberet, addidit qui omnes homines vult
saluos fieri, & in agnitionem veritatis
venire; hoc quippe Deus bonum iudicavit

ut orationibus humilium dignaretur salu-
tem praestare sublimum. Eadem re-
spondent Episcopi Africani in Epi-
stola Synodica Fulgentius I. de in-
carnatione & gratia c. 31. imo &
Gregorius Magnus summas Ponti-
fex. Omnes quippe homines vult saluos
fieri quia & de omni genere hominum eli-
git quod ad gaudium eterna salutis trahit.

In 1. re-
gum. l. 5.

Tertia solutio repetitur ex Sancto
Ioanne Damasceno , quod scilicet
Deus vult voluntate antecedente
omnes homines saluos fieri , non vo-
luntate consequente , quam volun-
tatis distinctionem longe aliter ex-
plicat Diuus Thomas , ac Molinistæ:
voluntas enim antecedens proprie-
tatem est voluntas , sed velleitas , sic
iudex vellet voluntate antecedenti
neminem puniri , neque tamen (ait
Sanctus Doctor) id quod antece-
denter volumus simpliciter volumus
sed secundum quid , unde dici potest
quod iudex iustus simpliciter vult
homicidam suspendi , sed secundum
quid vellet eum viuere , scilicet in

1. parte.
q. 19. a 16.

332 PHILOSOPHIA MORALIS
quantum est homo; unde magis potest dici velleitas quam absolute voluntas: rationem reddit quia voluntas comparatur ad res secundum quod in se ipsis sunt, in se ipsis autem sunt in particulari, unde simpliciter volumus aliquid secundum quod volumus illud consideratis circumstantiis omnibus particularibus a quod est consequenter velle. Ergo ex Diuo Thoma manifestum est quod voluntas antecedens Dei qua vult omnes homines saluos fieri, non est voluntas efficax ex parte Dei, nec proprie dicta voluntas, sed potius generalis quedam velleitas, qualis est in iudice iusto qui vellet neminem suspendi, atque adeo media ad salutem non ordinat, uti nec iudex.

Molinistæ autem explicant voluntatem antecedentem qua Deus vult omnes homines saluos fieri, voluntatem efficacem ex parte Dei qua omnibus auxilia sufficientia porrigit antequam præuiderit obedientiam vel perseverantiam nostram; volun-

tas vero consequens est qua prædicta
obedientia nostra vel perseuerantia
vult quodam præ alijs saluari , adeo
ut omne discrimen non ex voluntate
Dei sed ex voluntate nostra repeta-
tur quod manifestissime non Augu-
stino modo , sed etiam Apostolo , &
Christo Domino repugnat . : Non vos
me elegistis (inquit Christus Dom.)
Sed ego elegi vos , & Apostolus , quis
autem te discernit ? quid autem habes
quod non accepisti ? quo præcipue testimonio L. de pra.
(ait August.) etiam conuictus sum cum SS. ca. 3.
similiter errarem putans fidem qua in
Deum credimus non esse donum Dei .
Et infra . In hac Apostoli evidenter L. 2. ad
intentione qua contra humanam superbiam
loquitur , ne quisquam in homine sed in
Domino gloriaretur , dona Dei naturalia sus-
picari , siue ipsam totam perfectamque na-
turam , qualis in prima condizione data est ,
siue vitiata natura qualecumque reliquias
nimis quantum existimo absurdum est ,
numquid enim per hæc dona quæ omnibus L. 2. ad
communia sunt hominibus discernuntur Bonif.
hominis ab hominibus . Posset quippe di-

334 PHILOSOPHIA MORALIS
cere homo inflatus aduersus alterum dis-
cernit me fides mea, iustitia mea, vel si
quid alius, talibus occurreret cogitationibus
bonus doctor quid autem habes inquit
quod non acceperisti a quo nisi ab illo qui te
discernit ab alio cui non donauit quod do-
nauit tibi. Iam libenter quererem a
Molinistis cum Deus aequaliter gra-
tiam duobus largitur hominibus,
vnum consentit alter non item, nonne
qui consentit dicere potest ego me
ipsum discerno? contra Apostoli vo-
cem, quis enim te discernit? ut quid
ut ait August. Ab ira ratis, è massa
perditionis, que per vnum omnes misit in
damnationem, quis te discernit? Et tan-
quam respondisset discernit me fides mea,
propositum meum, meritum meum quid
enim habes inquit quod non acceperisti.
Ergo ille discernit, qui unde discernaris
imperit, pnam debitam remouendo, in-
debitam gratiam largiendo; ille discernit
qui cum tenebra essent super abyssum di-
xit, fiat lux Et facta est lux, Et divisit,
hoc est discrevit inter lucem Et tenebras,
non enim cum sola essent tenebra, quid

discernere innenit, sed lucem faciendo
discernit ut iustificari impius dicatur,
suis enim aliquando senecte, nunc an-
tem lux in Domino. Jacob (inquit)
dilexi esau autem odio habui electione quippe
dixit ubi Deus non ab alio factum quod
eligit inuenire, sed quod inueniat ipse facie,
sic ut de reliquo Israel scriptum est reliquie
per electionem gratia facta sunt. Et quia
Molinistæ solent respondere quod
non ex meritis præteritis, sed ex
futuris Deus Jacob dilexit; addit
August. Propter quod profecto despiciunt,
non ex operibus sed ex vocante dictum est,
vos dicitis ex futuris operibus qua Deus
illum facturum esse præstebat Jacob sūisse
dilectum, atque ita contradictionis Apostolo
dicenti non ex operibus quasi non posset
dicere non ex presentibus sed ex futuris
operibus, sed ait non ex operibus ut gra-
tiam commendaret. Et alibi. Quid enim
diligebat in Jacob antequam natus fecisset
aliquid boni, nisi gratuitum misericordiae
sua donum, & quid oderat in esau ante-
quam fecisset aliquid mali, nisi originale
peccatum. Ideo inquiunt nondum na-

336 PHILOSOPHIA MORALIS
torum alium oderat, alium diligebat quia
eorum futura opera praevidebat quis illum
acutissimum sensum defuisse Apostolo non
miretur.

Verum non desunt in hoc saeculo
qui nolint omnino cum Molina sen-
tire, sed videntur non satis a Semi-
pelagianis recessisse, nam gratiam
nostro voluntatis arbitrio subjiciunt,
qua possumus orare, vel credere,
vel impetrare alia dona, sed August:
docet mille in locis quod ipsa oratio,
vel fides (nam sola fides orat) eo-
dem modo est donum Dei, sicut sa-
cientia, intellectus & ceteræ virtu-
tes, vel bona opera. Quapropter
(inquit) ne se vel ipsius orationes me-
ritum extollat, propter quam ad vincendas
temporalium rerum cupiditates, & dili-
genda bona eterna atque ipsum fontem
omnium bonorum Domini adiutorium da-
tur, non oranti, quæ utique nisi data esset
orare non posset; quomodo enim inuocabunt
in quem non crediderunt? cur autem ille
credat, ille non credat, cum ambo idem
audiu nt, & si miraculum in eorum con-
spectu

spectu fiat, ambo idem vident altitudo est
diuiniarum sapientiae & scientia Dei.
Et infra. Sicut non haberet virtutem,
charitatem, continentiam nisi accepto spi-
ritu, de quo dicit Apostolus, non enim
aceperis spiritum timoris, sed virtutis,
charitatis, & continentiae; ita non ha-
beret fidem nisi accepisset spiritum fidei
de quo ipse dicitur habentes eundem spiritum
fides. Addit Sanctus Doctor. Ne sal-
tem orationes putarentur præcedere merita,
quibus non gratuita datur gratia, sed
iam nec gratia esset, quia debita redde-
retur, etiam ipsa oratio inter gratia mu-
nera reperiatur, quid enim oremus sicut
oportet nescimus, sed ipse spiritus inter-
pellat pro nobis, quid est autem interpellat,
nisi interpellare nos facie. Nobisque in-
terpellandi inspirat affectum, sicut illud
in Evangelio, non enim vos estis qui lo-
quemini, & cetera: neque enim & hoc
ita sit de nobis, tanquam nihil facientibus
nobis, adiutorium igitur Spiritus sancti
sic expressum est, ut ipse facere diceretur
quod vi faciamus facie.

Totus est August. in Epistola ad

Y

Epist. ad
Sixtum.

338 PHILOSOPHIA MORALIS
vitalem Carthaginensem, ut demonstret primum exordium fidei vel orationis non minus esse Dei donum quam cetera bona opera, quod maxime probat ex orationibus Ecclesiae. Dic ergo (inquit) aperiissime nos pro his quibus Euangelium praedicamus non debere orare ut credant, sed eis tantummodo predicare, exerce contra orationes Ecclesia disputationes tuas, & quando audis Sacerdotem ad altare exhortantem populum Dei orare pro incredulis, ut eos Deus conuentat ad fidem, & pro Cathecumenis ut eis desiderium regenerationis inspiret, & pro fidelibus ut in eo quod esse cœperunt eius munere perseverent, sub fanna pias voces & dicte non facere quod hortatur, id est Deum pro infidelibus ut eos fideles faciat non rogare, eo quod non sint ista diuina miserationis beneficia, sed humanae officia voluntatis.

Fides igitur ait Augustinus. Et inchoata, & perfecta donum Dei est, & hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari omnino non dubitet, qui non vult manifestissimis sacris litteris repu-

gnare, cur autem omnibus non detur fidelem mouere non debet qui credit ex uno omnes esse in condemnationem sine dubitatione infissimam. Et eodem in libro. Dicit Apostolus ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semine; non de nostra voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit, promisit enim quod ipse facturus fuerat non quod homines: quia et si faciunt homines bona que pertinent ad colendum Deum, ipse facit ut illi faciant qua præcepit, non illi faciant ut ipse faciat quod promisit, alioquin ut Dei promissa compleantur non in Dei sed in hominum est potestate, Et quod à Domino promissum est, ab ipsis redditur. Et capite sequenti. Sane cum Apostolus dicat ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio, miror homines infirmitati sue se malle committere quam firmitati promissionis Dei: sed incerta est mihi (inquis) de me ipso voluntas Dei, quid ergo tua ne tibi voluntas de te ipso certa est? nec times? qui videtur stare videat ne cadat, cum igitur utraque incerta sit cur non homo firmiori, quam infirmiori fidem suam, spem,

De præd.
ss.

c. xi.

Y 2

340 PHILOSOPHIA MORALIS
charitatemque committit. Sed cum dicatur inquit si credideris saluus eris ,
vnus horum exigitur , alterum offertur ,
quod exigitur in hominis , quod offertur in
Dei est potestate , cur non verumque in Dei
est , & quod iubet & quod offertur ? roga-
tar enim ut det quod iubet , rogant cre-
dentes ut sibi augeatur fides , rogant pro
non creditibus , ut eis donetur fides , ve
& in suis incrementis & in suis initijs Dei
domum sit fides.

Vetum ut eo vnde digressa est re-
deat disputatio : quid respondeant
aduersarij , breuiter videamus ; cum
itaque illis obiicitur , hanc scilicet Pe-
lagianorum doctrinam , ut voluntate
absoluta & efficaci Deus velit omnes
homines saluos fieri , & contrarium
tuerur Aug. quemadmodum ostendimus : respondent Pelagianos du-
pliciter errasse ; primo cum credi-
derint Deum velle homines saluos
fieri , si velint , atque etiam infantes
complectentur qui tamen velle
non possunt ; secundo quod dixerint
Deum velle omnes saluos fieri , si

Sed præterquam falsum est Iulianum, contra quem disputat August. vnquam somniasse infantes habere rationis usum; quidquid senserint Pelagiani, de modo quo volumus diuinæ gratiæ obediare; certum est, quod nulla debuit esse controversia inter Augustinum & Pelagianos de explicatione huius loci, Deus vult omnes saluos fieri, si crediderit Aug. Deum omnibus gratiam sufficientem offerre, & voluntate absoluta velle omnium salutem; dixerint enim Pelagiani, quod Deus vult omnes homines saluos fieri, si velint voluntate naturali; dixerint Massilienses, & Molinistæ, quod voluntas illa non est naturalis, qua obedimus Deo, sed adiuta per gratiam, quæ tamen nemini denegatur, & voluntati subest; manifestum est, quod non dissentient Massilienses, & Molinistæ à Pelagianis, in prima parte illius propositionis, Deus vult

342 PHILOSOPHIA MORALIS
omnes saluos fieri , si velint volun-
tate naturali : sed tantum in parte
posteriori , scilicet in explicando ,
quæ sit nostra voluntas naturalis , aut
supernaturalis , vnde si sententia Au-
gustini , fuit sententia Molinistarum ,
nullum inter eos dissidium esse de-
buit , cum Deus velit omnes saluos
fieri : quemadmodum egregie pro-
sequitur author Apologiæ Sancto-
rum Patrum , gratiæ defensorum ,
opus me hercule gratiæ dignum , &
ex quo , cætera quæ dicturi sumus ,
deponemus .

Secundo cum obiectur quod ex
Augustino , voluntate cuiuspiam cre-
aturæ , voluntatis omnipotentis , non
impeditur effectus ; ergo si absolute
Deus velit omnes saluari , omnes sal-
uabuntur . Rèsponderet quidam Do-
ctor , quod effectus voluntatis di-
uinæ absoluæ & consequentis non
impeditur , concedit : voluntatis an-
tecedentis & conditionatæ , negat :
explicat voluntatem antecedentem ,
qua Deus vult omnes saluos fieri ,

Enc. c 96.

antequam præviderit eorum perseverantiam & obedientiam: voluntatem autem consequentem explicat, qua Deus vult omnes saluari, postquam prævidit perseverantiam; & fatetur hanc non posse impediri. Magnum certe mysterium! itaque, iuxta illum doctorem, nihil aliud docuit Aug. quam voluntatem Dei non posse impediri à creatura, qua vult ut omnes, qui in gratia moriuntur, saluentur; quali post perseverantiam aliquis possit resistere voluntati diuinæ; an unquam Pelagiani illud dixerunt? cur ergo, tanto molimine August. docere conatur, voluntati Dei non resisti, si nihil aliud intellexit, quam post perseverantiam nos non resistere voluntati Dei.

Tertio cum obijcitur, quod voluntas conditionata æquiualet absolutæ, quando conditio pendet à volente, sed illius propositionis conditionatæ, Deus vult omnes saluos fieri siveclint, illa conditio, si velerint, pendet à Deo, qui dat velle & per-

344 PHILOSOPHIA MORALIS
ficere, ergo illa propositio eadem est
cum absoluta, quos vult Deus illi
omnes saluantur, non alij. Respon-
det idem Doctor, quod illa conditio
partim pendet à Deo, partim à no-
bis: sed illam respositionem s̄pē
dispungit Augustinus. *Tutiores igitur*
(inquit) vivimus, si totum Deo damus,
non autem nos illi ex parte, & nobis ex
parte, committimus. Et alibi. Porro s̄
operetur Deus salutem nostram, niro modo
agens in cordibus nostris ut credamus,
numquid metuendum est, ne totum facere
non possumus? & idco homo sibi primas eius
vendicat partes, ut nouissimas ab eo ac-
cipere mereatur. Quasi componat cum
Deo, ut partem fidei sibi vendiceat, atque
illi partem relinquit, & quod est elatus,
primam tollit, ipse sequentem dat illi; &
in eo, quod dicit esse amborum, priorem
se facit, posteriorem Deum.

Reliquum est ut obiectionibus ad-
uersariorum respondeamus: obij-
ciunt primo, locum illum Prophetæ.
Quare morienti domus Israel, dicit Do-
ninus, vino ego, nolo mortem impij, sed

L. de dono
per. c. 6.

L. de præ.
SS. c. 2.

ut conuertatur & rinat. Idem obij-
ciebant olim Cassianus Collatione
13. & Faustus l. de gratia & liberto ar-
bitrio c. 19.

Respondeo ex hoc scripturæ loco
& alijs similibus , nihil aliud pro-
bari, quam Deum habere odio im-
pium & impietatem eius , vnde sicut
odit peccatum , sic mortem pecca-
toris secundam , quam infligit pec-
catum , non vult , id est non amat.
Secundo hic locus nihil aliud pro-
bat , quam Deum , cuius proprium
est misereri semper & parcere , quo-
ties peccator ad pœnitentiam redit ,
illum non abijcere , cum sit magis ad
misericordiam pronus , quam ad iu-
dicium ; sed , vt ait Apostolus . *Cuius*
multe misereatur. Hinc Theologi , du-
plicem Dei voluntatem , distingunt ,
vnam beneplaciti , qua semper im-
pletur , & de qua quæstio est , vtrum
Deus vult omnes saluos fieri : altera
signi , qua Deus , vel iubet bonum ,
vel consulit , vel prohibet malum ,
vel permittit ; dicitur autem volun-

346 PHILOSOPHIA MORALIS
tas signi, ut notat Diuus Thomas, non quod sit signum voluntatis diuinæ, sed sicut dicitur iratus, cum punit, quia proprium est hominum punire cum irascuntur, ita quando Deus aliquid iubet, aut prohibet, tum dicitur velle, quia nos cum volumus, iubemus, aut prohibemus, hæc enim sunt signa voluntatis nostræ; unde hæc voluntas tribuitur Deo, tantum per metaphoram, sicut ira.

Obijciunt secundo, ipsum Aug. l. 1. de Genesi contra Machineos. *Illud autem lumen (inquit) non irrationalium animalium oculos pascit, sed pura corda eorum qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum & temporalium, se ad eius præcepta conuertunt, quod omnes possunt si velint, quia illud lumen illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Respondeo quod tunc August. verlabatur in errore Massiliensium, unde hunc locum retractat. Non existiment noui heretici, Pelagiani, secun-

L. 1. ret.
c. 10.

dum eos esse dictum, verum est enim omnino omnes homines hoc posse, si velint, sed preparatur hac voluntas à Domino, Et tantum augetur amore charitatis ut possint. Utrum autem omnibus præparetur voluntas à Domino, audi Sanctum Doctorem, alio in loco. Multi audiunt verbum veritatis, sed alij credunt, alij contradicunt, volunt ergo isti credere, nolunt autem illi, quis hoc ignoret? quis hoc neget? sed cum alijs præparetur, alijs non præparetur voluntas à Domino, discernendum est utique, quid veniat de misericordia eius, quid de iudicio.

Obijciunt tertio, illud ipsum quod olim Massilienses apud Prosperum. *Dicitur aiunt libero arbitrio videntibus, venite ad me omnes qui laboratis et oneratis estis, et ego vos reficiam, sed audiunt (inquit Prosper) dictum à Domino, libero arbitrio videntibus; sine me nihil potestis facere, et, nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, et, nemo potest venire ad me, nisi datum ei fuerit à patre meo, et, sicut pater vivificat mortuos, ita et filius, quos vult,*

L. de præ.
SS. c. 6.

Epist. ad
Rufin.

Obijciunt quarto, quod Deus pa-
tienter agit, nolens aliquos perire,
sed omnes ad pœnitentiam reuerti-
vt ait Petrus Apostolus. Respondebat
Sanctus Fulgentius. Si etiam post hanc
vitam, iniquorum pœnitentia posset esse
aliquatenus fructuosa, non diceret beatus
Petrus, propterea Deum patienter ferre,
quia non vult aliquem perire, eorum sci-
littere, quos praesul et predestinavit con-
formes fieri imaginis filii sui, istorum nemo
perire, hi procul dubio sunt omnes, quos se-
cundum beati Pauli præconium, Deo
vule salvos fieri, et in agnitionem veri-
tatis venire; quia enim hoc vult, qui om-
nia quæcumque voluit fecie, quod vult
semper insuperabiliter facit. Eadem
ferme responderet Augustinus contra
Julianum. Ait (inquis) Apostolus
bonitas Dei te ad pœnitentiam adducit,
verum esse conslat; sed quem predesti-
nauit, adducit an oblitus est, quod idem
doctor ait, ne forte Deus dei illis pœniten-
tiæ, ad cognoscendam veritatem.

Epist. 2.
C. 3.

L. 2. de
remiss.
peccato.

Postremo opponunt autoritatem
Diui Thomæ, vbi scribit contra
Gentes. *Dens (inquit) quantum in se
est, paratus est omnibus gratiam dare,*
vnde enim omnes homines saluos fieri; sed
illi soli gratia priuantur, qui in se ipsis
gratiae impedimentum praestant, sicut sole
mundum illustrante, in culpam reputatur
ei qui oculos claudit, si ex hoc aliquid ma-
lum sequatur, licet videre non possit nisi
lumine solis præueniatur. Fateor hunc
locum multum fauere Molinistis,
qui gratiam omnibus sufficientem
prædicant, nisi Diuus Thomas ad-
deret sequenti capite. *Quod autem*
(inquit) dictum est, in potestate liberi
arbitrii esse, ne impedimentum gratiae
praestet, competit iis, in quibus potestia
integra fuerit. Ferratiensis illius com-
mentator, hanc potentiam natura-
lem explicat, nullo peccato vitia-
tam, qualis fuit in primo homine;
vnde, iuxta Diuum Thomam, si
considereremus naturam in sua inte-
gritate, tunc non solum Deus vult
omnes saluos fieri, sed etiam auxilia

L. 3. con-
tra Gen-
tes. c. 159.

350 PHILOSOPHIA MORALIS
sufficientia præbet, & in potestate
est hominis ut impedimentum gra-
tiae non ponat, sed aliter philoso-
phantum est de natura corrupta:
hinc Diuus Thomas codem in loco.
Car autem (inquit) Deus hominum qui
in ijsdem peccatis detinentur hos quidem
præueniens conuertat, illos autem sustineat,
sive permittat secundum ordinem rerum
procedere, non est ratio inquirenda, quare
hos conuertat, & non illos, hoc enim ex
simplici eius voluntate dependet; sicut ex
eius simplici voluntate proceſſit, quod cum
omnia fierent, ex nihilo quedam facta
sunt alijs digniora.

C A P V T II.

*Explicatur locus Apostoli unus pro
omnibus mortuus est.*

Controuersia nulla est vtrū Chri-
stus pro omnibus mortuus fue-
rit, si quidem veritatis oracula illud
manifestissime prædicant, sed quo

id sensu, quoque modo sit intelligendum, disputatur. Molinistis assertoribus, sic Christum pro omnibus mortuum, ut non modo fructus illius mortis, ad omnes perueniat; sed etiam cum voluntate efficaci omnes saluandi, dummodo velint homines, ex quioas omne discrimen oritur: discipuli vero August. contendunt, quod & si ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis huius beneficium recipiunt, sed hi duntur taxat, quibus meritum passionis eius Seſ. 6.
communicatur: quemadmodum do- c. 3.
cet sacrum Concilium Tridentinum: contendunt quod, ad magnitudinem & potentiam pretij, & quod ad vnam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi; sed qui hoc saeculum sine fide Christi, & sine regenerationis Sacramento perranscunt, redemptionis alieni sunt, quemadmodum ait Sanctus Prosper, hoc est, fructum Christi passionis, non omnibus applicari, quamvis quo ad sufficien-

Præf ad
obi. vinc.

392 PHILOSOPHIA MORALIS
tiam, id est, magnitudinem pretij
pro omnibus abunde satisficerit.
*Redemptionis enim proprietas (ait idem
Sanctus) haud dubie pene illos est, de
quibus princeps mundi missus est foras,
Et iam non vasa sed membra sunt Christi.
Poculum quippe immortalitatis, quod con-
fectum est de infirmitate nostra, Et vir-
tute divina, habet quidem in se vi omnibus
proficit, sed si non bibitur non medetur.
Et alibi explicat, quomodo Christus
sit saluator totius mundi, quia na-
turam humanam suscepit quasi om-
nibus communem. Cum itaque re-
elissime dicatur saluator prototius mundi
redemptione crucifixus, propter veram
humane naturae susceptionem, Et propter
communem in primo homine perditionem,
potest tamen dici pro iis tantum crucifixus,
quibus mors ipsius profuit.*

Ref. ad
capi. gal-
lorum.

Contendunt discipuli Aug. quod
propterea Christus est mortuus, tan-
tum pro electis, & omnibus qui di-
uinæ gratiæ sunt participes, non pro
omnibus indifferenter electis & re-
probis. *Ego (inquit Christus Do-
minus)*

minus) pro eis rogo, non pro mundo rogo,
sed pro ijs, quos dedisti mihi. Sed oratio
Christi semper fuit exaudita. Ego
(inquit) sciebam quia semper me audis;
Nec pro ijs mortuus est, pro quibus
non rogauit.

Respondent quidam quod Christus semper exauditur, quando rogat absolute, non cum rogat conditionate; pro salute autem improborum non oravit absolute, sed tantum conditionate, si vellent; unde, inquiunt, licet orauerit pro reprobis, non tamen fuit exauditus.

Multa peccat hæc responsio: quasi Christus non orauerit absolute pro salute hominum, sed tantum conditionate, & quod peius est conditionem suspenderit à voluntate hominum, non Dei. In Christus ideo venit (inquit August.) ut eriperet vas a eius, quæcumque prædestinavit eripere, arbitrium eorum ab eius potestate liberans; ut illo, Diabolo, non impediente, credant in ipsum, Christum, libera voluntate. Quomodo ergo oravit pro sa-

Epist. ad vitalem.

354 PHILOSOPHIA MORALIS
Iuste hominum, si vellent redimi &
saluari, cum ipse venerit, ut daret
velle, hoc est, ut voluntatem captiuam
redimeret? an quando rogauit
pro Petro ne fides eius deficeret,
hoc suspendit à voluntate Petri, &
oratio fuit tantum conditionata?
Quid aliud (inquit August.) rogasit,

nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, inuictissimam, perseverantissimam voluntatem. Et quod dixit de
L. de corr. Petro, intelligendum est de omnibus: nam ut ait idem Sanctus. Dicentes
& grat. c. ergo Christo, rogaui pro te ne deficiat fides
8. tua, intelligamus ei dictum, qui adficitur
supra Petram. Hac adde, quod
Deus non oratur, nisi ipse faciat
quod oratur. Profsus (ait August.)
non oramus Deum, sed orare nos fingimus,
si nos ipsos, non illum, credimus facere
quod oramus: profsus non gratias agimus
Deo, sed nos agere fingimus, si, unde illi
gratias agimus, ipsum facere non putamus.
Ergo fictitia fuit oratio Christi, si
patrem orauit pro salute reproborū;
vel enim rogauit patrem, ut daret

quod non pendebat ab illius voluntate, sed hominum; vel pater noluit concedere filio quod orauit: utrumque impium est.

Verisimile non est Christum Dominum absolute rogauisse patrem, ut miracula patraret, non ut animas conuerteret: rogauit absolute, ut cæcum illuminaret exterius; rogauit duntaxat conditionate, ut cæcum illuminaret interius; an credibile est, filium non aulm fuisse absolute petere à patre æterno, quod sine conditione promisit Abrahæ. Manet (inquit author operis de vocatione getrium) profus, & quotidie impletur, quod Abrahæ Dominus sine conditione promisit, sine lege donauit. Hinc Diuus Thomas articulo expresso, probat orationem Christi fuisse semper efficacem, quia fuit semper Deoconformatus; & cù sibi obiecisset, quod Christus orauit pro crucifigentibus & non credentibus, qui tamē omnes non sunt saluati: respōdet quod Dominus non orauit pro omnibus crucifixoribus,

L. I. c. 9.

356 PHILOSOPHIA MORALIS
neque etiam pro omnibus qui erant
creditori in eum, sed pro ijs solum
qui erant prædestinati, ut per eum
vitam consequerentur æternam.

Sed inquires, Christus non fuit
exauditus, quando rogauit patrem,
vt si fieri posset, transiret à se calix
passionis. Respondeo quod, vt ait
Diuus Thomas, illa oratio non fuit
interpres voluntatis absolutæ Chri-
sti, sed tantum cuiusdam inclina-
tionis naturalis: deinde tunc caput
loquebatur pro membris, & huma-
num induebat affectum, vt docent
Sancti Patres: adde quod condicio-
nem suspendebat à voluntate divina,
non ab humana voluntate; indignum
profecto est maiestate Christi, vt
credatur rogasse patrem pro salute
hominum si vellent, nec Ecclesia sic
orat, quæ tamen suum sponsum imi-
tari debet. Hinc Augustinus I. 21.
de Cini. Dei. c. 14. *Si de aliquibus*
certa esset Ecclesia, quod prædestinati sine
in ignem aeternum cum Diabolo, tam pro
eis non oraret quam pro ipso. Sed Chri-

stus nouerat, qui essent prædestinati,
qui reprobi; ergo Christus non ora-
uit pro reprobis.

Non igitur absurdum est dicere,
Christum pro omnibus prædestinatis
mortuum fuisse: vnde illi omnes vo-
cantur & multi. Christus (inquit
Apostolus) semel oblatus est ad multo-
rum exorienda peccata. Et Christus
Dominus. Hic est sanguis meus, non
testamenti, qui pro multis effundetur in
remissionem peccatorum. Et alibi. Ego
sum pastor bonus, & animam meam pono
pro ouibus meis. Quis autem dixerit
infideles, oues esse Christi? Sed vos
[inquit] non creditis, quia non estis ex
ouibus meis; oues meæ vocem audierunt.

Sed manifeste demonstratur ex
paruulis, fructum Christi passionis,
non omnes percipere. De paruulis
(inquit author vocationis gentium)
nihil patet expositionis afferri, qua do-
ceatur, cur isti salvi fiante renati, illi pe-
reant non renati, sub illius prouidentia &
omnipotencia, in cuius manu est anima
omnis viuentis, & spiritus uniuersæ car-

Epist. ad
Heb. c. 9.

Matth. 26.

L. I. c. 22.

358 PHILOSOPHIA MORALIS
nis hominis ; & cui dicitur , breves dies
hominis sunt , numerus dierum eius apud
te est : non autem propter , iſbos voluntatum
patronos simplicitate eorum tam impudenter
vſuros , vt aut fortuita iſta dicant accidere ,
aut non renatos afferant non perire .

Nec placet responsio recentio-
rum , qui dicunt Deum prouisoris
generalis nomine , ſufficientia me-
dia prouidiffe ad ſalutem paruulo-
rum , niſi cauſæ naturales impe-
diant ; & exemplum medici addu-
cunt , qui ſufficienter cenſetur pro-
uidiffe de remedio & eius applica-
tione , cum pharmacum præparauit ,
& ministris dedit referendum , licet
agrotus capere non poffit , forte
quia reus eſt criminis , & interef-
ſaluti publicæ ut plectatur . Sed ad-
dant velim hunc medicum eumdem
eſſe regem , qui obſtat ne agrotus
fanetur , & respondeant , an medi-
cus ille habeat voluntatem etiācēm
ut fanct agrotum , & cum dicunt or-
dinem rerum naturalium fuiffē in
cauſa , cur paruulus non acceperit

baptismum ; quid hoc aliud est , quam rationem afferre cur defuerit medium sufficiens parvulo ad salutem , atque adeo mortem Christi non omnibus applicari.

Sed inquiunt Deus quantum est ex se , vult parvulum baptisari : contrarium censet August. *Festinantibus* (inquit) parentibus , & paratis ministris , ut baptismus parvulis detur , Deo tamen nolente , non datur , qui eum parvulum in hac vita non tenuit , ut daretur. Hinc præclare Fulgentius. *Testimonio* (inquit) confunduntur , non loquentium hominum , sed tacentium parvulorum.

Plerique hoc argumento conuicti , fatentur Christum non esse mortuum pro parvulis , qui non regenerantur per baptismum , sed tantum pro omnibus adultis. Sed si res ita se habeat , ruunt omnia fundamenta quibus innituntur , & necesse est ut fateantur , quod hic locus Apostoli unus pro omnibus mortuus est , non sic est intelligendus , ut nemo exceptatur ; necesse est ut configuant ad

L. de per.
do. c. 12.

De incar.
& grat.a.
c. 30.

360 PHILOSOPHIA MORALIS
profundum iudiciorum Dei; quæ
potro est ratio, ut Deus potius adul-
tos omnes salvare velit, qui diuine
voluntati resistunt, & innumeris cri-
minibus tenentur obnoxij, quam
paruos solius peccati originalis
noxa obligatos: vnde Semipelagiani
ad has redacti angustias, se se ad ca-
lumnias conuertere bant. Sed dicas
(inquit Faustus) si prædestinatione non
est, cur in parvulis alij baptisantur, alij
sine baptismi sanctificatione rapiuntur?
serpentinae fraudis est, ad tenebrofas ca-
vernas relictæ luce transfigere; quid vi-
tularis est certa omittere, & incerta con-
sulere, de quibus nihil inuenis catholica
lectione conscriptum.

Diluuntur obiectiones.

Obiciunt primo, cum Fausto,
L. t. c. t. locum Apostoli, ubi dicitur,
quod Deus est saluator omnium ho-
minum, maxime fidelium. Respon-
deo quod est saluator omnium quoad
vitam præsentem, & fidelium quoad

futuram: nam, ut ait Diuus Thomas hunc locum explicans. *Saluat salute corporali, quoad omnes, & ideo dicit, omnium hominum, item spirituali quoad bonos, & ideo dicit, maxime fidelium:* sic Joseph dictus est saluator mundi, & hoc sensu, ait Propheta, homines & iumenta saluabis. Hunc autem esse sensum Apostoli ex contextu liquet. *Pietas (inquit) ad omnia vilis est, promissio- nem habens vita, que nunc est, & fu- turæ: fidelis sermo, & omni acceptione dignus, in hoc enim laboramus & male- dicimur, quia speramus in Deum vivum, qui est saluator omnium hominum maxime fidelium.*

Obijciunt secundo ipsum Augustinum tractatu quarto in Ioannem. Populi autem spernentes propter superbiam, humilitatem Dei, crucifixerunt salvato- rem suum, & fecerunt damnatorem suum. Sed hoc nihil aliud probat quam fuisse omnium salvatorem, imo & crucifigentium, si eum recepissent: nam quotquot eum receperunt, de- die illis potestatem Filios Dei fieri :

362 PHILOSOPHIA MORALIS
adde quod naturam omnibus com-
munem assumpsit: ynde omnium
est saluator.

Obijciunt tertio eundem Augu-
stini in Psalmum sexagesimum
octauum, qui loquens de Iuda.
Proiecit (inquit) pretium argenti , quo
ab illo Dominus venditus erat, nec agnouit
pretium , quo ipse à Domino redemptus
erat. Ergo etiam Christus pro re-
probis mortuus est. Respondeo mor-
tuum esse pro quibusdam reprobis,
non ut salui fiant , sed ut gratiam
consequantur, quæ de morte Christi
Domini , tanquam fructus ex arbore,
proficiscitur ; & ita mortuus est etiā
pro Iuda traditore, non ut saluaretur,
sed ut gratiam Apostolatus conse-
queretur: hinc August. Tota eius passio
nostra purgatio est , passurus igitur existia ,
præmisit obsequia , non solum eis pro qui-
bus erat subiurus morem , sed etiam illi
qui eum fuerat traditus ad morem.
Loquitur de lotione pedum Apo-
stolorum.

Trac. 55.
in Ioannē.

Obijciunt quarto authoritatem

summi Pontificis Leonis magni, sermone primo de nativitate Domini. Nemo (inquit) ab huius alacritatis participatione secernitur, vna cunctis leticie communis est ratio, quia Dominus noster peccati mortisque destructor, sicut nullum a reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit. Iam antea o[mn]igenitos annos huic authoritati respondit Ecclesia Lugdunensis, scilicet, nullam conditionem, nullam lexum, nullam aratam excipi a redēptione Christi.

Obijciunt quinto ipsam Augustinum, qui ex illo loco Apostoli unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt probat peccatum originale, quo omnes nemine excepto, de beata Virgine non loquor, inficiuntur. Offendens (inquit Aug.) fieri non potuisse ut moreretur, nisi pro mortuis; ex hoc enim probauit omnes mortuos esse, quia pro omnibus mortuus est unus. Sed, inquiunt Molinistæ hæc argumentatio indigna est Augustino, si Christus pro omnibus non est mor-

De tribus
Epic.

L. 6, con-
tra Iulianum c. 4.

L. 6, con-
tra Iul. c.
4.

364 PHILOSOPHIA MORALIS
tuus, cum enim sic ratiocinetur; ex
Apostolo vnuus pro omnibus mortuus
est, ergo omnes mortui sunt, tam
late debet patere antecedens quam
consequens, quia nihil est in conclu-
sione quod non sit in premissis; sed
hæc conclusio est vniuersalis, & ne-
minem excipit, omnes mortui sunt;
ergo necesse est ut antecedens Christus
pro omnibus mortuus est, sit
adeo vniuersale, ut neminem exci-
piat. Hoc argumentum recentiores
inuictum p'ntant.

Respondeo quod August. ex illo
Apostoli loco demonstrat etiam in-
fantes mortuos esse peccato origi-
nali; nam fatebatur Julianus Chri-
stum esse mortuum pro infantibus,
qui baptisantur; sed Christus non est
mortuus, nisi pro mortuis: ergo etiā
infantes mortui sunt; & cum sit ea-
dem omnium ratio, non modo in-
fantes qui baptisantur, fuerunt pec-
cato originali obnoxii, sed omnes
nemine excepto. Quia propter (inquit
August.) si nullum trahunt peccatum par-

nulis, non sunt mortui, si non sunt mortui, non est mortuus pro eis, qui non est mortuus nisi pro mortuis. Nullo modo hic negare permitteris, non nisi pro iis qui mortui sunt, mortuum fuisse Iesum; tu autem iam in primo libro tuo, contra nos clamans dixisti, Christum etiam pro parvulis mortuum, nullo modo igitur negare permitteris, trahere originale peccatum. Hæc est igitur argumentatio Augustini, Christus non est mortuus nisi pro mortuis; sed fatente Iuliano mortuus est pro parvulis, & ex Apostolo pro omnibus mortuus est; ergo parvuli sunt mortui & peccato originali obnoxij.

Sed inquires, cur vna propositio minus est generalis, quam altera. Respondeo quod generatio est causa cur omnes in Adam moriuntur, regenerationem autem per baptismum, est applicatio mortis Christi, illa est omnibus communis, hæc non item.

Obijciunt sexto autoritatem eiusdem August. Ergo (inquit) quantum in me est, dico, sanare venie agrotum, ipse se interimit, qui præcepta

366 PHILOSOPHIA MORALIS
medici fernare non vult, saluari non vis ab
ipso, ex te iudicaberis. Respōdeo ex his
nihil aliud confici quam quod Chri-
stus, ut saluator, non venerit ut iudi-
cet mundum, sed ut saluetur mundus
per ipsum. Eodem modo explicatur
locus Apostoli Ioannis. Aduocatum,
inquit, habemus apud patrem Iesum
Christum iustum, & ipse propitiator est
peccatorum nostrorum, non tantum nostro-
rum sed etiam totius mundi. Sed vi-
notat Aug. aliquando mundus vo-
catut Ecclesia, ut Deus erat in Christo
mundum reconcilians sibi, & saepe re-
probi mundi nomine appellantur,
ut si de mundo esset, mundus quod suum
erat diligeret.

Poltremo opponunt authorem
operis de vocatione gentium. Nalla
igitur, inquit, ratio dubitandi est, Ie-
sum Christum Dominum nostrum pro im-
pijs, & peccatoribus mortuum, à quorum
numero, si aliquis liber insuentus est, non
est pro omnibus mortuus Christus; sed pro-
fas pro omnibus mortuus est, nemo ergo
omnium hominum ante reconciliationem

qua per Christi sanguinem facta est, non
aut peccator, aut impius fuit. Respon-
deo quod exultimis verbis manifeste
liquerit, hunc authorem probare tan-
tum, quod Christus pro nemine mor-
tuus est, nisi idem esset peccator &
impious, quamvis etiam quoad suffi-
cientiam pretij, pro omnibus, ne-
mine excepto, mortuus fuerit: sed
negamus applicari illud pretium,
sive per gratiam sufficientem Moli-
nistarum, quam infra expungemus,
sive per gratiam sufficientem Tho-
mistarum, quae nunquam habet su-
um effectum, quia dat tantum posse,
non velle; concludimus cum Augu-
stino Sermonc 11. de verbis Apostoli.
Communis est omnibus natura non gratia.
Et scribens ad Vitalem. Scimus eam
non omnibus dari. Et alibi. *Quando*
perit qui sanguine Christi redemptus est? Serm. de
potens homo non potest perdere quod emit
auro suo, & Christus perdes quod emit
sanguine suo.

S. Vinc.

C A P V T III.

Virum gratia sufficiens datur omnibus.

Si quid demonstratum hactenus à nobis est, de efficacia gratiæ medicinalis, profectò vna, & eadem operâ confecimus non omnibus gratiam sufficientem dari: nam vt rationibus omnibus subductis summam faciamus eorum quæ diximus: quod si solennis illa distinctio adiutorij sine quo, & adiutorij quo, admittatur, illud in natura integra primo homini concessum est, hoc in naturâ reparat à nobis datur, quo posito ponitur actio indeclinabiliter & insuperabiliter, omnibus illud adiutorium quo tribui nemo dixerit, sed adiutorium sine quo, non amplius sufficit, vti nec lumen cæco, nec cibus fastidenti stomacho; non omnibus ergò gratia sufficiens datur; quod si probauimus gratiam medicinalem,

quæ

quæ sola sufficit, à nullo duro corde respui, non solum posse; sed etiam velle, & agere nobis largiri; quod omnis qui non venit ad patrem, non audiuit non didicit secundum gratiam: cum non omnes velint, vel agant, non omnes veniant ad Deum, constat non omnibus gratiam sufficientem tribui; iam vero si quis gratiam sufficientem omnibus dari contendat, quæ sic det posse ut ad actum nunquam reducatur, ei non ita aduersabor ut Molinistis, sed tantum ut etiam atque etiam cogitet rogabo, an illa sit gracia sufficiens ad agendum, quæ non sufficit, nisi alia concedatur quæ det ipsum agere? an illa sit gracia quæ nunquam nos iustificat, sed reos efficit: nam ideo hanc inducunt gratiam, ne Deus videatur nos iniuste punire, si non potuimus præcepta adimplere; unde potius datur ut Deum, quam ut nos iustificet, quasi Deus indigeret iustificationibus nostris: magnam nobis Deus præstat et gratiam, si illam gratiam

A a

370 PHILOSOPHIA MORALIS
non daret : quis vñquam Deum ota-
uit , vt gratiā largiretur , quæ daret
solum posse , non agere , quæ instar
legis occideret , non per spiritum vi-
uificaret , quam Deus ex iustitia dare
debet , non ex misericordiâ , ne in-
iustè impossibilia iubere videatur ;
quam Christus nobis non meruit ,
nam si non venisset , Deus ex iusti-
tia saltem illam gratiam dare de-
buisset : sed tamen quisque in suo
sensu abundet ; nobis res est cum his
qui gratiam sufficientem sic omni-
bus tribui volunt , vt vsus illius à
nuru voluntatis pendeat , sive con-
tendant , eam suspendi à voluntate
quoad primum initium fidei , &
orationis , sed voluntatem sibi sub-
iucere , quoad perfectam fidem , vel
operationem , sive autument gratiæ
vsum semper à voluntatis nuru de-
pendere : vrraque sententia nimis
accedere videtur , ad hæresim Mas-
siliensem vel Semip. vt ex dictis
constat . Vitalis in errore Semip.
versabatur qui putabat . Omnes ho-

Aug. Ep.
107.

mine gratiam sive accepuros, si non illi quibus non donatur, eam suâ voluntate respuerent. Sed quid ait August. Quoniam ergo propitio Christo, Christiani Catholici sumus, scimus gratiam non omnibus hominibus dari. Scimus eis quibus datur misericordia Dei gratiam dari. Scimus eis quibus non datur isto iudicio Dei non dari. Faustus eodem errore vinclitus tenebatur. Sed dicas, inquit, quia non omnibus detur, sed donum sit personale credulitas, & illis tantum credere suppetat, quibus Deus specialiter donauit ut crederent. Non ita est. Et in eodem libro c. 17. Evidenti miseratione bonitas Dei indiscretè & iustis, & peccatoribus offertur. Ille vere impius est qui gratiam non omnibus ingervi, non omnibus testatur impendi. Sed reclamat S. Fulgentius. In cuius gratia largitato, quidam non leuitate errant existimantes eam omnibus hominibus equaliter dari dum non credunt ipsius gratiae opus esse in homine, ut gratia suscipiatur ab homine, quæ non ob aliud diuinitus datur, nisi ve bonam voluntatem in homine primitus

L. 1. de
gr. & lat.
c. 15.

L. 1. de
ver. præd.
c. 14.

c. 20.

372 PHILOSOPHIA MORALIS
operetur. Sed forte reponent dari
omnibus gratiam sed non æqualiter,
hoc effugium occludit idem Sanctus.
His atque huiusmodi testimonijs ostendi-
tur, nec omnibus dari gratiam, nec qui-
bis datur æqualiter dari. Iam alibi
ostendimus eandem fuisse Cassiani
& Semipelagiani sententiam scilicet
gratiam omnibus esse oblatam.

Vi cunctos vocet illa quidem, insuitaque;
nec ullam

Praieriens, studeat communem afferre
salutem

Omnibus

Sed quomodo hos excipiat S.
Prosper audiamus.

— *Dic unde probes quod gratia*
Christi

Nullum omnino hominem de cunctis qui
generantur

Praetereat, cui non regnum vitamque
beatam

Impetrare velit, nec enim vel tempore
nostro

Omnibus in terris iam certum est insinuatū
Christi Euangelium.

In Epist.
Synod.

Recte probat S. Prosper non omnibus gratiam sufficientem nequidem ad credendum dari, quandoquidem non omnibus prædicatum est Euangelium: cum enim fides auctoritati diuinæ innitarur, medium ordinarium quo Deus vitetur ut fidem inspiret est prædicatio, nam fides ex auditu, sed non omnibus annuntiatum est Euangelium, imo & Paulus prohibitus est à Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia & Bythinia; quis ergo credat, omnibus auxilia sufficientia suppeteret ad credendum, ad orandum, ad bene agendum. *Nunquid (inquit Prosp.) non sunt de omnibus hominibus qui à præteritis generationibus usque in hoc tempus sine Dei cognitione perierunt.*

Sed inquietunt, habent omnes gratiam sufficientem ad credendum Deo, quâ benè videntes gratiam obtinebunt ut credant in Christum, & ita quisque sibi quasi scalam fabricabit quâ possit ad perfectam gratiam descendere: unde ergo ex tot

Epist. ad Ruf.

A a 3

374 PHILOSOPHIA MORALIS
gentibus sufficienter illuminatis ;
tum paucæ vtantur illa gratiâ quæ
tamen est in nutu voluntatis , an gen-
tesque ambulant in vanitate sensus sui ,
tenebris obscuratum habentes intellectum ,
alienati à vita Dei , per ignorantiam quæ
est in illis proper cœcitatem cordis . Suf-
ficienter ad credendum illuminantur ?
quod si omnibus lumen sufficiens
ad credendum affulgeat : nemo est
quem Deus non alloquatur , & su-
pernaturali lumine illustret , sive fo-
rinsecus per prædicationem , sive
intrinsecus per revelationem , at pau-
cissimis donatum est ut nullo sibi homine
prædicante , per ipsum Dominum , vel
Angelos cœlorum doctrinam salutis acci-
piant . Sed barbarum interroga an
intus admonetur , Deos suos vel
idola contemnere , & ad cultum
vnus Dei se se conuertere : quorū-
quisque ex politis & doctis infidelib-
us vnum Deum creatorem omnium
agnouit : quid bardi & stupidi eò
facile peruenient etiam si à nullo ho-
munc admoneantur ? Quid ficeret puer

Eph. 4.

L. de dono
pers. c. 19.

natus inter paganos , ut non coleret lapidem , quando illum cultum insinuaverunt parentes eius. Inde prima verba andavit : illum errorem cum lacte suxit. Cum etiam nemo veniat ad patrem nisi per filium , nulla est fides quam ad Deum perueniatur , nisi eadem sit in Christum : frustra ergo distinguunt duplex fidei donum , primum quo creditur in Deum , alterum quo creditur in Christum redemptorem : eamdem distinctionem subinde adhibent , cum ipsis mille loca ex Aug. & illius discipulis opponuntur , quibus manifestè conficitur , fidem etiā inchoatam donum Dei esse non omnibus commune. Quis enim ignorat , quod in conflictu SS. Patrum cum Semipelagianis , agebatur de primo initio fidei quo quisque velle sanari , & Dei auxilium implorare possit , & hoc fidei inchoatae donum non omnibus dari SS. Patres constanter docuerunt. De gratia non digne sentie quisquis eam putat omnibus hominibus dari , cum non solum non om-

Aug. in
Pl. 64.

376 PHILOSOPHIA MORALIS

Epist. Syn.
Epist. Afr.
in Sardin.
exulum.

*nium sit fides, sed adhuc nonnullæ gentes
reperiantur ad quas fidei prædicatio non
peruenit. Beatus autem Apostolus dicit
quomodo invocabunt in quem non credide-
runt & aut quomodo credent ei quem non
audierunt & quomodo autem audient sine
prædicante & non itaque gratia omnibus
datur quandoquidem ipsius gratiae parti-
cipes esse non possunt qui fideles non sunt,
nec possunt credere ad quos inuenitur ipse
fidei auditus minime peruenisse.*

Sed inquietum cum negant SS.
Patres gratiam omnibus dari, vo-
lunt gratiam iustificantem non om-
nibus concedi, sed donum generale
fidei vel orationis omnibus dari non
inficiantur: verum de gratia iustifi-
cante non loquitur Aug. scribens ad
Vitalem. Primo quia nunquam de
gratiâ iustificante, Augustinum inter
& Pelagianos vel Semip. villa fuit
quaestio, sed de gratia actuali. Scimus
(inquit) *maioribus ad singulos actus
dari. Bonos intellige, nam addit.*
*Scimus non omnibus hominibus dari, &
quibus datur, non solum secundum merita*

Ep. 107.

De præd.
SS. c. 2.

operum non dari, sed nec secundum merita
voluntatis eorum quibus datur. Sed gra-
tia sanctificans ex meritis fidei p̄r-
cedentis datur. Debetur credenti ut à
Domino ipsa fides augeatur, & sit merces
fidei cœptæ, fides aucta. Non igitur ibi
Aug. loquitur de gratiâ sanctificante;
imo Aug. tum agebat de primo ini-
tio fidei. Loquimur autem nunc de ipsis
initijs cum homines qui erant auersi, &
aduersi conueruntur ad Deum, & velle
incipiunt quod nolebant, & habere fidem
quam non habebant: quod ut fiat in eis
oratur pro eis, quamvis non oretur ab eis:
ipſi enim quomodo innocabunt in quem non
crediderant? cum verò factum fuerit quod
oratur, ei qui fecit aguntur gratiæ, & pro
eis & ab eis.

Ibidem.

Cum S. Prosp. sic Massilienses af-
fatur.

Dic unde probes quod gratia Christi,
Nullum omnino hominem de cunctis qui
generantur prætereat.

Quis credat Massilienses omnibus
adesse gratiam sanctificantem, stul-
tissime opinari, questionis cardo erat

378 PHILOSOPHIA MORALIS
de primo initio fidei, vel p̄e volūta-
tis, agebatur de efficacia illius gratia.
An varijs motus animorum talia gignunt,
Libertasque facit causam non omnibus
vnam?

Ergo hominis valida arbitrio divina vo-
luntas,
Non hoc consilio tantum hortatusq; benigno
Suadens, atque docens, quasi normam
legis haberet
Gratia, sed mutans iniūs mentem atque
reformans,
Vasque nouum ex frasto fingens virtute
creands.

Hastenus ostendimus gratiam non
omnibus dari, donum generale fi-
dei, vt loquitur faustus, commen-
tum esse Semipelagianorum: quod
etiam yberius nobis demonstran-
dum est.

Primo ex discrimine quod est inter
gratiam creatoris, & gratiam salua-
toris, id est inter naturam & gratiam.
Communis est (inquit Aug.) omnibus
scr. ii. de natura non gratia: natura non potetur
ver. Apost. gratia: sed si putetur gratia, ideo poter-

in gratia, quia & ipsa gratia concessa est.
Cui succinit S. Thomas. Gratia datur omnibus, aut non: si omnibus datur, non videatur aliud esse quam naturale bonum.
Nam in nullo inveniuntur omnes homines conuenire, nisi in aliquo naturali. Vnde Pelagius Synodi Palæstinæ iudicium cludens, gratiam esse necessariam confessus est, sed intelligebat gratiam nobis cum impijs communem.
Nam si intellexissent illi Episcopi eam illum dicere gratiam, quam etiam cum impijs habeamus, cum quibus homines sumus, negare vero eam quæ Christiani, & filii Dei sumus, quis eum patienter Catholicorum Sacerdotum non dicimus audiaret, sed ante oculos suos ferret. Et in eadem Epistola, postulant Episcopi Africani, ut Pelagius fateatur gratiam non omnibus communem, sed Christianis proptiam, non gratiam conditoris sed redemptoris. Illam confitetur apereissime gratiam, quam doctrina Christiana demonstrat, & prædicat esse propriam Christianorum, que non est natura, sed quæ soluat natura, non au-

D Tho.
de ver. q:
24. al. 15.

Aug. Ep.
95.

380 PHILOSOPHIA MORALIS
ribus sonane doctrinâ, vel aliquo adiu-
mento visibili, sicut plantatur quodam-
modo, & irrigatur extrinsecus; sed sub-
ministratio spiritus, & occultâ miseri-
cordiâ, sicut facit ille qui dat incrementum
Dens. Imo ipse Pelagius ut se pur-
garet scripsit Innoc. I. *Quod in om-
nibus est liberum arbitrium aequaliter per
naturam: sed in soles Christianis innatur à
gratiâ: in illis nudum & inerme est con-
ditionis bonum: in his vero quid ad Chris-
tum pertinent, Christi munetur auxilio.*

An respondebunt, gratiam qua
omnibus datur, esse ordinis super-
naturalis, non ipsam naturam vt vo-
lebant Pelagiiani? addent etiam for-
sitam, non omnibus gratiam effica-
cem dari, sed sufficientem, saltem
ad orandum, vt præcepta impleri
possint ab omnibus, si non imme-
diate & proximè, saltem mediaticè,
nam licet omnibus auxilium suffi-
cens ad agendum non suppetat;
nemini deest auxilium orationis, vt
gratiam ad bene agendum impetrât.
Enim vero si consensus voluntatis

Pel. apud
Aug. I. de
gr. Chr.
c. 31.

gratiam reddit efficacem, discrimen quod est inter efficacem & sufficientem non ab ipsa repetitur gratia, sed a libero arbitrio, sed Aug. exigit gratiam quae discernat bonos a malis, neque aliam agnoscit. In hac Apostoli evidentissimâ intentione, quâ contrâ humanam superbiam loquitur, ne quisquam in homine, sed in Domino glorietur; dona Dei naturalia suspicari, sive ipsam totam perfectamque naturam, qualis in primâ conditione donata est, sive virtutem naturæ qualescumque reliquias, nimis quantum existimo absurdum est. Mox rationem reddit. Nunquid enim per hec dona que omnibus communia sunt hominibus discernuntur homines ab hominibus: hic autem prius dixit quis enim te discernit? & deinde addidit, quid autem habes quod non accepisti? posset quippe dicere homo inflatus aduersus alterum: discernit me fides mea, iustitia mea, vel scilicet quid aliud, calibus occurrentis cogitationibus bonus doctor, quid autem habes inquis quid non accepisti? a quo nisi ab illo qui te discernit ab alio, cui non donauit quod do-

L. de præ;
SS. c. 5.

382 PHILOSOPHIA MORALIS
nauit tibi. Et in eodem capite. Nam
quid quo ageret aliud, nisi ut qui gloriatur
in Domino glorietur & nihil autem huic sen-
sui tam contrarium est, quam de suis me-
ritis sic quemquam gloriari, tanquam sibi
ea fecerit, non gratia Dei, sed gratia que
discernit bonos à malis, non quæ communis
est bonis & malis. Per b̄enos vero non
intelligit iustos, sed qualiquid bo-
num bene agunt. *Aliquod bonum quod*
pervineat ad vitam bonam. Ut ipse sub-
iecit.

Secunda ratio huic proxima pe-
titur ex differencia quæ intercedit
inter adiutorium sine quo, & adiu-
torium quo, hoc est inter gratiam
quæ concessa est homini sano, & gra-
tiā medicinalē. Gratia suffi-
cens cuiusvlsus pendet à voluntate
est adiutorium sine quo, & non adiu-
torium quo; at qui adiutorium sine
quo, non est sufficiens sed requiritur
in statu naturæ corruptæ adiutorium
quo; ergo non datur omnibus gratia
sufficiens seu ad orandum, seu ad
agendum. Hoc paulò fusiori stylo

demonstremus: orate, vel credere
iam est pium velle, sed Deus dat
velle per adiutorium quo, non per
adiutorium sine quo. *Infirmis seruauit*
ut ipso donante inuictissime quod bonum
est vellent: & hoc deferere inuictissime
nollent. Ecce apertissime omnem
bonum motum voluntatis gratia vi-
trici refert acceptum: nam omnes
bonos voluntatis motus, duobus
verbis complectitur. *Bonum velle,*
& bonum nolle deferere. In bonum c. 12.
ferri, in bono permanere, quod su-
periū alijs verbis expreſſerat. *Eſt*
quippe in nobis per hanc Dei gratiam in
bono recipiendo & perseveranter tenendo,
non ſolum poſſe quod volumus, verum
etiam velle quod poſſumus. Sed quicq;
infidelitate tranſit ad fidem, nonne
bonum recipit (id eſt) recuperat,
ergo etiam primum fidei initium eſt
opus gratiae vietricis, & adiutorij
quo. Nonne qui credit vel orat,
iam bonum apprehendit, iam per-
ditam libertatem reparat, non li-
beratur niſi per gratiam medicina-

De corr. &
grat. c. 12.

384 PHILOSOPHIA MORALIS
leus & vietricem. Hac autem tam
miser est, ut parum sit homini per illam
reparare perditam libertatem, parum si
denique non posse sine illa vel apprehendere
bonum, vel permanere in bono si velis nis-
tiam efficiatur ut velis. Ex his con-
ficitur Aug. in l. de correp. & gratia
cum distinguit duplex adiutorium
non solum de persecutrix dono
agere, sed etiam de auxilio gratia
ad omne opus bonum. Profecto
initium fidei non minus est donum
Dei, & effectus gratiae medicinalis,
ac illius consummatio; Christus non
minus est author fidei quam illius
consummator. Propterca in Epistola
qua ad Hebreos scripta est admonemur ut
aspiciamus in authorem fidei & consum-
matorem Iesum, qui procul dubio sic est
author fidei nostra, cum ipse fidem non ha-
bentibus donat, sicut est eiusdem fidei con-
summator, cum eam habentibus augendi
multiplicat, & sancta operatione consum-
mat. Et alibi. Ista gratia ab illuminatione
cordis incipit, & hominis voluntatem non
bonam iuvenit ipsa sed facit: atque in
eligatur

Fulg. l. de
in car. &
gr. c. 20.

De ver.
præd. l. 1.
c. 15.

eligatur ipsa prius elegit, neque suscipitur aut eligitur, nisi hoc ipsa in corde hominis operetur. Ergo & susceptio & desiderium gratia opus ipsius est gratia.

Iam alibi ostendimus hoc fuisse caput hæreseos Semip. Nonum (inquietabant) & inutile esse prædicationi, quod quidam secundum propositum eligendi dicantur, ut id nec arripere valeant nec tenere, nisi credendi voluntate donata. Et tamen. Ad nullum opus vel incipiendum, nendum perficiendum quemquam sibi sufficere posse consentiunt: neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant exterrita supplicij voluntate unumquemque agrorum velle sanari. Nonne hoc ipsum est quod aiunt quidam recentiores, cum distinguunt gratiam orationis à gratiâ operationis, illam esse in natu voluntatis omnibus communem, & adiutorium sine quo, hanc adiutorium quo, & efficacem vel medicinalem: nam [inquiunt] desiderare gratiam, nondum est gratia sed initium gratiæ, ut aurora nondum est

Ep. Hil.
ad Aug.

B b

386 PHILOSOPHIA MORALIS
dies sed principium dici: sed non ut
corporis, sic animæ sanitas: non sa-
natur in corpore, qui desiderat sani-
tatem: sed iam sanari, iam liberari
incipit anima, cum liberatorem qua-
rit. Quoniam prius quam à dominatione
diaboli per Dei gratiam libereatur, in illo
profundo iacet, in quod se suâ libertate
demersit; amat ergo languores suos, & pro
sanitate habet quod agratare se nescit:
donec prima hæc medela conseratur agroto,
ut incipiatur nosse quod langueat & posse
opem medici desiderare quâ surgat. Quod
iam initium sanitatis sit desiderium
ipsius sanitatis, sexcentis in locis
docet idem Sanctus. Docebat ergo non
posse quidem hominem per se ipsum appre-
hendere sanitatem, sed habere eum & se-
ipso desiderium sanitatis: & suâ tantum
sponte venire ad medicum: non etiam hoc
ipsum medici esse quod veniat. Quasi
vero anima ipsa non langueat, & corpori
suo remedium sana prospiciat. Cuius salus
prima est ut sibi incipiatur dispergere, & re-
fustarem sue debilitatis odisse: sequens
vero est ut & sanari desideret, & a quo

S. Prosp.
c. 6 resp.
ad cap.
Gall.

Contra
coll. c. 23.

*sananda sit noverit. Que curationem ipsius
sic precedunt, ut ei ab illo qui agram sa-
turus est inferantur. Quā porto ra-
tione tam sollicitè Aug. distinguit
gratiam creatoris, à gratia saluato-
ris, gratiam sani hominis, à gratia
medicinali, adiutorium sine quo, ab
adiutorio quo; nisi quia aliud sano,
aliud & groto prouidetur adiutorium?
Nunc verò posteaquam est illa magna pec-
cati merito amissa libertas, etiam mai-
ribus donis adiuuanda remansit infirmitas.
Quo igitur maior est infirmitas,
eo potentiori indiget auxilio: iam
quero utrum infidelis barbarus, fa-
cilius possit credere, quam fidelis
iustus eleemosinam erogare? & ta-
men ille iuxta aduersarios non indi-
get gratia medicinali, & per se effi-
caci ut credere incipiat, sed illi suf-
ficit adiutorium sine quo, cum ho-
mini iusto ad bene operandum opus
sit adiutorio quo: an facilius infidelis
de tenebris infidelitatis, in admira-
bile lumen fidei prodibit, quam vir
religiosus & pius, bona exeret opera?*

De corr. &
grat. c. 11.

B b 2

388 PHILOSOPHIA MORALIS
an facilius excitabitur mortuus ut
progredi incipiat quam iam conua-
lescens ex morbo, ut possit ambulare
sufulcetur & quis credat minori au-
xilio egere hominem libidinibus
scrutentem, ut possit surgere, ut velit
sanitatem, ut ore Deum: quam iu-
stum ut bene operetur: nunquid ado-
lescens qui nutum suarum libidinum
sequitur; & nihil perinde timet quā
ijs laqueis quibus impeditur, ex-
pediri, non indiget victrice gratia,
ut illa vincula incipiat disrumpere;
& auxilium Dei implorare & homo
castus ac temperans victrice gratia
indiget & uter quæso debilior est? utri
fortiori opus est auxilio?

Quod si donum fidei, vel oratio-
nis omnibus commune est: frustra
oramus pro incedulis: nam vel ora-
mus ut Deus eis gratiam sufficientē
largiatur: at nemini deesse potest;
vel ut consentiant: sed hoc pender à
nuru voluntatis humanæ. Idèò Deus
Ep. 107. per orationes credentium nondum credentes
credere facit, ut ostendat quia ipse facit.

Nemo est enim tam imperitus, tam carnalis tam tardus ingenio, qui non videat Deum facere, quod rogari se præcepit ut faciat. Et alibi. Quandoquidem non oraret Ecclesia ut daretur infidelibus fides, nisi Deum crederet, & auersas, & aduersas hominum conuertere voluntates. Hoc ipsum probant orationes Ecclesiarum. Pateant aures misericordiae tue Domine, precibus supplicantium, & ut perentibus desiderata concedas, fac eos quæstib[us] placita sunt postulare. Hoc probant gratiarum actiones. Hoc & Ep 107. gratiarum actio indicat, quod & oratio; oratio pro infidelibus, gratiarum actio pro fidelibus, qui enim orandus est ut faciat, illi est actio gratiarum reddenda cum secerit. Hoc denique probant promissiones diuinæ Abrahæ factæ: quomodo enim promisit fidem filiorum Abrahæ, si fides à nutu voluntatis humanæ pendeat; non ergo promisit sua sed aliena facta. Ac per hoc ut promissa sua Deus posset implere, non est in Dei, sed in hominis potestate. Non ergo fuit promissio, sed præscientia.

L. de dono
peil. c. 23.

Domin 9.
post P. nt.

L. de præ.
ss c. 10.

B b 3

390 PHILOSOPHIA MORALIS
Quando promisit Deus Abrahe in semine eius fidem gentium, non de nostra voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit. Promisit enim quod ipse facturus fuerat: non quod homines, quia & si faciunt quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit ut illi faciant quæ præcepit, non illi faciunt ut ipse faciat quod promisit; alioquin ut Dei promissa compleantur, non in Dei sed in hominum est potestate, & quod à Domino promissum est, ab ipsis redditur Abraham: non autem sic credidit Abraham, sed credidit dans gloriam Deo, quoniam quæ promisit potens est & facere, non ait prædicere; non aut præscribere: nam & aliena facta potest prædicere atque præscribere, sed ait potens est & facere, ac per hoc facta non aliena sed sua. Quo autem modo id faciat eodem in loco explicat. Non sicut facit doct̄or homo docendo, & exhortando, minando & promittendo in sermone Dei: quod frustra fit nisi Deus operetur & velle per inuestigabiles vias suas. Cum enim verbis doct̄or plantat & rigat, possimus dicere forte credit auditor; cum vero dat incrementum

Ibidem.

Deus, sine dubio credit et proficit. Ecce
quod interest inter legem et promissionem,
inter litteram et spiritum. Nonne illa
gratia sufficiens cum datur, possu-
mus dicere forte credit, ergo per-
tinet ad legem non ad promissionem;
ad litteram non ad spiritum. Hic
agitur de primis initij fidei, vel pie
voluntatis: siue gratiam interiorum
admisserint Semip. siue gratiam ex-
teriorum omnibus ad credendum
oblata agnouerint, semper dici
potest forte non credet: semper illud
Prosperi reponemus. Ergo hominis
valida est arbitrio diuina voluntas,
ane etiam invalida est. Et licebit
iterum querere, an varij morus ani-
morum talia gignunt, libertasque
facit causam non omnibus vnam:
quis credat, hoc uno duntaxat pun-
cto Massilienses ab orthodoxis dis-
sensisse: quod illi gratiam duntaxat
exteriorum omnibus offerri crede-
rent; SS. Patres interiorum omnibus
affulgere contenderent, sic tamen
ut in eo omnes conuenirent quod

392 PHILOSOPHIA MORALIS
gratia , seu interior , seu exterior ,
nemini non oblata , à nutu volunta-
tis penderet : cur Aug. & SS. Patres
toties illud Apost. inculcant , quis
autem te discernit ; cur Deum fore
acceptorem personarum toties con-
queruntur Massilienses , cur tanto-
per timent ne prædicationi , & ex-
hortationi nullus locus remaneat ,
Ipse ergo ut credere incipiamus operatur ,
qui uniuersa operatur.

De præd.
SS. c. 19.

Tertia ratio desumitur ex myste-
rio prædestinationis , sed nullum am-
plius fore mysterium si gratia suffi-
cens omnibus concedatur iam à no-
bis in præfatione probatum est , non
enim prædestinatio est gratuità , si
omnibus gratiæ sufficientes offeran-
tur , quæ sint in nutu voluntatis : non
omnium meritorum causa erit sed
effectus , nec erit præscientia eorum
quæ Deus facturus est , sed quæ nos
facturi sumus , atque adeò Massi-
lienses iustum habuerunt causam ex-
postulandi cum Augustino , quod
subinde diceret . *Denim secundum pro-*

*positum & consilium voluntatis sua occulto
judicio & opere manifesto aliud vas con- Prosp. ad
dere in honorem, aliud in contumeliam. Aug.*

*Neque enim prædestinationem ne-
gauerunt Semip. Hoc ipsorum pro-
fessio est, &c. Deum eos prædestinasse in
regnus suorum, quos gratia vocatos dignos
futuro electione, & de hac vita bono sine
excessuos esse preuisiderit. Itaque præ-
destinationem admitebant sed post
præuisa merita, at Aug. acerrimè
pro gratuita prædestinatione pugna-
uit, quæ non supponit, sed ponit
merita, cum sit præparatio omnium
beneficiorum Dei. Cum offendimus
& initium fidei, & usque in finem perse-
veraniam Dei dona esse, nec illa futura
esse sua dona, & que danda essent, &
quibus danda essent Deum non præscire
potuisse, ac per hoc prædestinatos ab illo esse
quos liberat & coronat. Et sequenti ca-
pite. Hoc scio contra istam prædestinationem
quam secundum scripturas sanctas
defendimus, neminem nisi errando dis-
putare potuisse. Quam porrò defendit
prædestinationem nisi gratuitam?*

Ibidem,

De dono
pers. c. 17.

394 PHILOSOPHIA MORALIS
cuius causa non humana sed diuina
est voluntas: quæ discernit liberan-
dos à non liberandis, qua Deus eli-
git quos diligit, secundum propo-
situm voluntatis suæ. Ab hac autem

Prop. ad confessione gracie Dei idè quidam resi-
lisunt, ne cum eam talem confessi fuerint,
qualis diuino eloquio prædicatur, & qualis
opere sue potestatis agnoscitur, etiam hoc
necessè habeant confiteri, quod ex omni
numero hominum per secula cuncta na-
torum certus apud Deum definitusque sit
numerus prædestinati in vitam eternam
populi, & secundum propositum Dei vo-
cantis electi. Quod quidem iam impium
est negare, quam ipsis gracie contrarie.
Non ita impij erant Massilienses ut
negarent, numerum electorum Deo
non esse ignotum, sed fateri recusa-
bant, hunc numerum definitum esse
secundum propositum diuinæ volun-
tatis; ante prævisionem meritorum.
Sed inquiunt, prædestinatio sumi
potest vel inadæquatè, quatenus est
præparatio gloriæ, & hoc sensu non
est merè gratuita, sed ex meritis

præuisis: vel accipi potest adæquatè
quatenus est præparatio omnium be-
neficiorum Dei, eoque modo inclu-
dit primam gratiam, quæ omnino
gratia datur, & ita prædestinatio est
ante præuisa merita. Verùm quid
aliud est nihil dicere, & tamen con-
tradicere: loquitur enim Aug. de
prædestinatione, quæ opponitur re-
probationi, sed prima gratia electis
& reprobis communis est, non igitur
ipsa est ratio, cur alij prædestinentur,
alijs reprobatis, non est causa discre-
tionis, sed omnis discretio in con-
fensum voluntates humanæ est re-
fundenda, & euacuatur mysterium
prædestinationis, nullusque rema-
net admirandi locus, vel recurrenti
ad altitudinem iudiciorum Dei: sed
in hoc (inquiunt) locus est exclamandi
ō altitudo, cum Deus sæpe
gratiam efficacem largitur non pe-
tentibus, non orantibus; ergo cessat
admiratio, neque opus est configere
ad profunditatem Dei cum qui pe-
tunt & orant eliguntur: sed de præ-

C A P V T IV.

Obiectiones solvantur.

Opp. i. quod ex Concilio Trid.
post August. Deus impossibilia
non iubet, sed iubendo monet facere
quod possis, & petere quod non
possis, sed qui non habet gratiam
non potest implere, ergo nemini
debet gratia sufficiēs saltem ad oran-
dum: alioquin iniustus esset Deus
qui iuberet quod fieri à nobis non
posset.

Respondeo quod præcepta Dei
non sunt impossibilia, nam imple-
tur à nobis si volumus, illud autem
dicitur esse in potestate nostra quod
adest, cum volumus, at velle non
possimus sine gratiâ: quis dubitat?
sed quod non vclimus oritur ex alia
voluntate quâ creatutis adhæremus;

& qua possumus habere gratiam.
Nam posse habere fidem, sicut posse habere
charitatem natura est fidelium. Absolutè
possumus implere præcepta, quam-
uis sine gratiâ non habeamus illud
posse complectissimum, quod ab ipso
volle separari nequit. Ideo sic possunt
quia sic volunt. Vnde cum S. Thomas
idem sibi obiecisset quod nobis ob-
tudunt aduersarij. Respondet. Ad
1. ergo dicendum, quod si in potestate ho-
minis esse dicatur aliquid excludo auxilio
gratia, sic ad multa tenetur homo ad que
non potest sine gratia reparante, sicut ad
diligendum Deum & proximum, & simi-
liter ad credendum articulos fidei. Sed
tamen hoc potest cum auxilio gratia, quod
quidem auxilium quibuscumque diuinis
datur, misericorditer datur: quibus autem
non datur, ex iustitia non datur, in pœnâ
præcedentis peccati & saltem originalis
ut Aug. dicit, in lib. de corr. & gr.

Sed videant aduersarij in quas se
angustias coniijciant; volunt gratiam
semper comitari præcepta legis, ne
Deus sit iniustus qui iubeat impos-

2. 2. q. 2.
art. 5.

398 PHILOSOPHIA MORALIS
sibilia, & tamen Apost. & Aug. semper legi opponunt gratiam & fidem. Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebatur conclusi in eam fidem qua venelanda erat. Et alibi docerlegem præuaricationis gratiâ positam esse, litteram sine spiritu occidere; sed ex aduersatijs non occideret nisi comitem haberet spiritum vel gratiam; nec gratis datur gratia sed ex iustitia redditur, ne Deus iniuste impossibilia iubeat, atque adeò non est fructus Passionis Christi: non peccatur inquiunt nisi adsit gratia sufficiens, saltem ad orandum, ergo athei, idolatre, non peccant nisi cum tentantur, inspirationem saltem ad orandum Deus illi largiatur; sed qui gratiam duntaxat orationis exigunt, facentur non adesse gratiam sufficientem ad operandum, quomodo ergò peccant cum male operantur? quia ex negligentia, vel superbiâ nolunt orare; & ita gruitas peccati ex illa negligentia vel superbia repetenda; nec homici-

dium igitur grauius erit peccatum , quam leue mendacium , nisi quia homo magis tenetur orare ut vitet homicidium , quam ut vitet mendacium leue : nonne hæc monstris sunt similia , nonne hæc Moralis Christianæ fundamenta conuellunt , & sceleratissimos excusant.

Opp. 2. quod ex eodem Concilio ; & Aug. l. de nat. & gr. Deus neminem deserit nisi prius deseratur , ergo semper gratiam porrigit saltem iustificatis : secus deserit prius quam deseratur.

Respondeo 1. Quod sicut in omni actu bono , concurrunt Deus & homo , sic tamen ut primæ partes Deo , secundæ homini tribuantur : contra in actu malo quem Deus permittit non facit , prior est mala hominis voluntas quam Dei permisso , prior , inquam prioritate naturæ , & ideo Deus prius deseritur quam deserat ; hoc ipsum docet S. Prosper in resp. ad obi. vinc. Nec fieri potest ut per quem à talibus malis surgitur , per eum in talia

400 PHILOSOPHIA MORALIS
decidatur, si ergo in sanctitate vimetur, si
in virtute proficitur, si in bonis studijs per-
manetur, manifestum munus est Dei, si ab
eis recedatur & ad vicia atque peccata
transfatur, nihil ibi Deus male temptationis
immissit, & recessum non deserit ani-
quam deserat & facie plerumque ne de-
serat, aut etiam si discessit ut redeat, cu
antem illum retineat illum non retineat,
nec possibile est comprehendere, nec lici-
tum vestigare, cum scire sufficiat & ab illi
esse quod statut, & non ab illo esse quod
ruitur.

2. Vel agitur de primo peccato
in quod iustus cadit, vel de peccatis
subsequentibus, Deus non proprie-
deserit iustum, sed permittit ut pec-
cat: aliud est deserere, aliud pecca-
tum permittere, Deus primum ho-
minem non deseruit, quamuis illius
peccatum permiserit, Deus deserit,
non solum cum gratia denegat quam
non debet sed etiam cum tradit in
reprobum sensum; quod non sit nisi
in pœnam precedentium peccato-
rum, non igitur deserit iustificatum
nisi

3. Gratiam habitualem nemini iusto substrahit, nisi in pœnam peccati mortalis, & hoc sensu non deserit nisi prius deseratur: sed non teneatur semper gratiam actualem nobis cōcedere, alioquin vel gratia est semper efficax, & nemo iustus non perseverat; vel est sufficiens & in nutu voluntatis, & ita donum perseverantia non est donum speciale, sed generale quod omnibus iustis conceditur, quod est contra Conc. Trid. & contra Aug. nec nullum erit mysterium cur quidam perseverent, alijs non perseverantibus. *Ex duobus itaque parvulis originali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquitur, & ex duobus atate iam grandibus impiis, cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur: inscrutabilia sunt iudicia Dei ex duobus autem p̄is, cur hunc donetur perseverantia usque in finem, illi autem non donetur, inscrutabiliora sunt iudicia Dei.*

L. de dono
pers. c. 9.

4. Deus non potest punire iustum

C c

402 PHILOSOPHIA MORALIS
pœna positiuâ propter peccatum
originale, sed potest punire pœna
negatiuâ, & gratiam illi non con-
ferre : cum peccatum originale di-
mittitur per baptismum, tunc etiam
pœna æterna cordonatur, sed non
ideò ad gloriam destinatur, illa enim
ad gloriam destinatio perseverantiâ,
& ultimum vitæ terminum includit.

Hinc facile alia obiectiones le-
uiores soluuntur, ut quod de Conc.
Valent. 3. obisciunt malos non ideo
perire quia non mali esse non potue-
runt, sed quia boni esse noluerunt.
Respondeo quod omnes boni esse
possunt si velint, & ideo mali sunt
quia nolunt, sed præparatur voluntas
Domino. Id est efficaciter mouetur ad
bonum. Sed quia præparatur voluntas
Domino, ideo pro illo non posset esse inani-
oratio. Non potuit inquit oratio
Christi esse inanis pro Petro, cum
orauit ne illius fides deficeret, quis
præparatur voluntas à Domino;
mala consecutio, nisi cum præpari-
tur voluntas, efficaciter moueat.

Dc corr.
& gr. c. 8.

Opp. 3. quædam Aug. loca, pri-
mum ex 3. l. de lib. arbitrio c. 19. vbi
videtur docere, Deum omnibus au-
xilia impetrari quibus errores & li-
bidines vincere possunt, sed hic se
produnt Semip. quia tum August. in
errore qui postea fuit Massiliensem
versabatur. 2. ex lib. 1. ad simpl. q. 2.
Hoc (inquit) restat libero arbitrio in hac
mortali vita, non ut implete homo iusti-
tiam cum voluerit, sed ut se supplici pie-
tate conuertat ad eum, cuius dono eam
possit implere. Ergo nemini saltem
orationis gratia non conceditur.
Respondeo quod non aliud intendit
Aug. quam demonstrare hominibus
suam infirmitatem, adeo ut suam sa-
nitatem non nisi à Deo expectare &
orare debeant. Præmittit enim. Hoc
autem totum idè dicitur, ut demonstretur,
homini captivo non esse præsumendum de
viribus suis. Loquitur fidelibus, vel
saltem sub lege constitutis, & ut
orent hortatur, sed omnibus gratiam
orationis dari neque hic, neque
alibi docet.

Quod ex S. Th. opp. legem nouam quantum in se est, omnibus gratiam sufficientem dare: facile soluitur. Loquitur enim de gratia iustificante, nam titulus articuli est, utrū lex noua iustificet: hoc discrimen est inter Aug. & Scholasticos, quod ille per gratiam, semper actualem intelligat, de quā erat controvērsia, sed veteres Scholastici per gratiā solent intelligere gratiam habitualē. Sic etiam cum docet quod non est impossibile hoc praeceptum quod est de

x.1 q.106. actu charitatis, quia homopotesit se disponere ad charitatem habendam, & quando

ar. 2. do eam habuerit potest eā vis. Intelligit

x.1 q.100. charitatem habitualē, ad quam

ar. 10. nos disponimus non per naturam,

sed per gratiam.

Denique quod opponunt de tyro, & sidone qui penitentiam egissent si apud eos patrata fuissent miracula: iam olim soluit Aug. scilicet minus fuisse obduratos, & auerosos tvri & sidonis incolas & minus gratiæ impedimentum posuisse, quam

habitatores Betzaidæ & Corozam.
 Quanquam penitentiam agere possunt sine gratia quoad substantiam operis, sic enim utcumque impleri possunt præcepta, & rei sunt qui saltem sic non implere volunt, ut qui non honorant parentes; sed circa auxilium gratiæ efficacis præcepta impleri non possunt, ut oportet, nec credere in Deum, nec diligere Deum, nec operari propter Deum ut oportet, sine gratiâ reparatoris possumus: ut definit Concilium Arausicanum. Concludimus Deum omnes adiuuare sicutem per auxilia externa, sed non omnibus gratiam sufficientem dare: lex & alia auxilia externa sufficiunt ut reddant homines inexcusabiles, sed non sufficiunt ut omnes saluent. Illa itaque manifestatio quâ cognoverunt Deum qui cognitum non dilexerunt, gratiam non habuit, quâ Deus sic cognoscitur ut ametur. Quia ergo gratiam non acceperunt, propterea cognoscentes Deum gratias non egerunt. Tali

S. Fulg. de
ver. p̄d.
& gr. l. L.
c. vlt.

406 PHIL. MORAL. CHRIST.
*ergo cognitione, ablativa excusatio est
non collata salvatio.*



ERRATA.

Pag. 28. iudicium. l. indicium.
Pag. 46. vel praeuolat, vel anteuertit.
l. praeuolat, & anteuertit.
Pag. 61. facere malum. l. esse malum.
Pag. 68. & fecit animam. l. & fixit ani-
mum.
Pag. 74 in corde suo prius dixerit. l. in
corde suo dixerit.
Pag. 91. non minori iustitiâ l. iniustitiâ.
Pag. 92. retentiores. l. recentiores.
Pag. 144. in voluntate residentis. l. resi-
dentes.
Pag. 146. in rectam. l. in re tam.
Pag. 170. quam continens. l. incontinentia.
Pag. 171. obligaret. l. obligarent.
Pag. 175. conentur. l. conantur.
Pag. 182. illud esse si volumus. l. illud esse
liberum, quod si volumus.
Pag. 185. & Alexander. l. redundat.
Pag. 190. Aadamo. l. Adamo.
Pag. 200. non potest. l. non potes.
Pag. 205. magis viribus. l. magnis vi-
ribus.
Pag. 208. sicutimebam. l. sic timebam.

Pag. 244. nam si que. l. nam si quis.
Pag. 249. ea & pramouere. l. eas pre-
mouere
Pag. 258. fructus eorum maneat. l. ma-
neat.
Pag. 259. negantur. l. nugantur.
Pag. 264. de voluntatis nost. a. l. volun-
tatis nostris.
Pag. 263. antitatem. l. cattitatem.
Pag. 268. suspirat. l. inspirat.
Pag. 276. cum facere. l. eum facere.
Pag. 289. planear & pigat l & rigat.
Pag. 308. conscriptus est fuerant. l. con-
scriptus fuerat.
Pag. 315. quoniam. l. quo nam.
Pag. 318. valeant. l. valeat.
Pag. 317. loquemini. l. loquimini.
Pag. 365. quantum in me est. dico. l. qua-
ntum in medico est.

F I N I S.